Αργεσις κληματινή ήχει γενετιδική επονοματεία την γῆς, καὶ δέποτε παλαιόν απογένθρια, ρίζας γλυκείας, γενετιδεις. Φύλλα δέξια, συληρόδε, πλατύτερα, αἱ καλάμιαι μηκοῦν, τειφόραι βίσαις καὶ κτήνι. Gramen viticulus habet geniculatas, per terram repentes, quae à suis articulis radices spargunt dulces, internodijis distinctas, folia acuminata, dura, lata, seu arundinis parvæ, quibus boves & jumenta pascuntur. Eo, licet pecudes vescantur, alterum tamen, de quo supra, majus, & melius nutrimentum præstat. Marcellus Empiricus hoc, Gramen nodorum appellat, Cap. xxvi. Herba, inquit, quæ gramen, dicitur, nodorum xxvii. ex vino ad medias decoctia, & expressa, atque colata, potaque strangulatio ex vini cyatho una mixta data, adeo potenter succurrit, ut ubi sine tormento urinam facere cœpit, dari non oporteat. Gramen istud nulli pharmacopœo, vel parum exercitato, incognitum.

Est & aliud genus apud Batavos nō infrequens, quod calamogrostem vocant. Meminere veteres arundinacei graminis. Diosc.lib. iv. cap. xxxi. Καλαμάργεσις (legunt οὐλαμόργεσις) μείζων ἐστιν τοι πάντα τὸ ἀγρόστοις ισι οἴε κτίσιν ἀναπτυκτή βεβαθύτης, καὶ μάλιστα ἡ σὲ Βαβυλῶνι φύσις τοις ἄδεις Φυσιέτην. Arundinaceum gramen priore majus est omnis ex parte, jumenta porro in pabulo sumptum necat, maxime que quod in Babylonis regione securis via nascitur. De gramine isto hæc adversariorum auctores tradunt. Pratis uidis, sed strigosis, macilenta, & sabulosis, neglectis familiare, quod apprimè Babylonio respondet, ac quam caninum gramen altero tantum majus est, calamus & folijs rigidioribus, scabris, quibus ad harundinem vallatoria non parum accedit, nec pabulo cedit, nisi multum esuriant, & penuria melioris adnodi laborent veterina, nec eo greuges vescuntur, quippe quibus non modo ingratiissimum, verum etiam maciem, sitim, & tabem conciliare creditur, linguam & oesophagum vulnerat, & arctat, sanguinem in ventriculum elicit, unde tumefactio, inflammatio, & mors plerumque. quod si in Babylone fuerit enatum, ubi id maleficū pernicie adferre prodit, siccius, rigidius, grex vero imbecillior & alvo duriore, minus mirum illius esu jumenta illuc enectum iri. Sic enim videat interdum jumentorum labra, & fauces cruento manantia, & fauciata, quæ cum reliquo stramine per fænisecia, hujus aut similia folia esitarint, media inter arundinem & gramen est nature, figuræ, radice geniculata, alba, promissiore & longo reptatu vagata, compresiore tamen & crassiore, canario sive medico graminis simili, sed vallatoria equante, spicata panici aut forgi comosa lanagine. Gramen arundinaceum variat ratione loci, quod in arenosis nascitur spica est crassiore, quod in montosis, dumeris humidis, spica est tenuiore. De scilla, aro, croco, videat lector, quæ lib. VI. & VII. annotavimus.

Κύνης.) Diversa substantia, formaque ari, cyperi que radix. Ari carnosa, crassa: cyperi, præcipue longi, tenuis, nervosa. Malè vertunt gladiolum, huic radix carnosa, non secus ac ari, neuriquam nervosa.

Κόμη.) In Ald. & Basileens. codice κύμα legitur, nescio cur κύμα reposuerint. κύμα, inquit Hesych. οὐδετερον επιδεγμα βιαιον, καὶ τὸ τε δὲ τὴν κύμα, καὶ τὸ θορακιόν κύμα. unda, tempestas, fatus, germen. κύμα Medici vocant coliculum vel cauliculum brasiliæ, (ut infra lib. vii. ostendam,) qui prima germinatione producitur, quem cymam Celsus, Columella & Plinius, vocant. Κόμη etiam dicitur, quasi κύμα, fatus, qui primo vere edicitur in plantis; Latini turionem & asparagum

asparagum vocant. Hoc loco pro primo germine sumi debet.

Corruptus codex, in Ald. & Basiliens. scriptum reperio, τέτο οὐλάσσει κύμα ή καρπός \* ὅτε καὶ οἱ ἄνθη ὀφίσι. ἀλλεγράτες & κυκών. ιτι οὐλάσσει πούτα μήπετο. ιτι οὐλάσσει ή φύσις ή κατά πίζαν. ταῦτα διπλεῖαι εἰχει. Hæc omnia omisit doctiss. Gaza, credo quod corrupta judicaret, nec quomodo restituerentur, videret. Lego, οὐλάσσει οὐλάσσει λίγας & κυκών (vel καλάσσει) ιτι οὐλάσσει πούτα τέτο μήπετο, unde non male (pulchre) quidam οὐλάσσει, id est oculum vocant; idem etiam in alijs observatur. Hesych. οὐλάσσει. οφθαλμόν, reperitur etiam in tertia declinatione apud Orpheum; θυντούς θυντούς κύριον εἰς οὐλάσσει pupillæ mortales sunt in oculis mortaliū. Hesiod. in scuto Herc. Ερπαλιν οὐλάσσει πούτα λαμπουμένοις διδοκεῖται. Sed cur οὐλάσσει vocarint, id est oculum; non difficilē est; rationem reddere, nempe quod bulbus sit, gemma stirpis, id est, unde nova germina, folia, caules, flores, fructus prodeunt. Theoph. οφθαλμόν, solet vocare in arboribus, aliisque stirpis. Vide lib. I. cap. XIIII. οὐλάσσει οφθαλμόν, οὐλάσσει οφθαλμόν οφθαλμόν. Εἰς οὐλάσσει γίνεται. Idem lib. III. cap. XI. οὐλάσσει οφθαλμόν, αλλά οὐλάσσει οὐλάσσει. Latini oculum vocant. Cato de re rust. cap. VI. Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ergo extuberans illud οὐλάσσει κύμα, vel κύμα non ineptè potest vocari οὐλάσσει. Cæterum loci hujus sensus hic est. Disputat Philosophus utrum quod sub terrâ latitat, & quo nutrimentum stirpes trahunt, radix sit. Dubitationem inquit, faciunt capitatae, sive bulbosa radices, quales cæpa, scilla, arum. Quum enim eorum globus ille, extrema fine insima sua parte latior sit, diverso à cæteris radicibus modo extrema parte tenuioribus, & filamenta fine capillares radiculæ, ex eo globo, non ut in aliis radicibus ad latera, sed sub ipsomet globo adnascentur; facere hoc suspicionem possit, globum illum fructum, aut primum germen, oculum, gemmam potius esse quandam: radices vero, fibras illas esse, per quas in globum attrahitur alimentum. At vero cum ex eodem globo nasci caules, flores, semina videamus, sunt harum fructus, semina. Radix vero erunt cum globo fibrae, sed radix peculiare naturam sortita. Alioquin neque eandem esse radicum formam necesse est; neque refert, ad latera fibrae nascantur, an alibi. Sunt ergo hæc, & quicquid sub terrâ latet, verè radices.

Et hæc aliter in Ald. & Basileens. codice leguntur, Εἰς οὐλάσσει τὸν βολεῖον, ηράσσει πίζαν. Si, inquit, globum cum fibris radicem dicas, pars cauli subjecta, gethyi, bulbique, & quicquid sub terra latet, radix erit. In vulgaris codicibus, contraria habemus lectionem, sine sensu; ηράσσει πίζαν οὐλάσσει,

## ΚΕΦ. ΙΑ.

De Croco, perdicio, vingo, laserpicio, magudari, & platano in Lyceo.

\* Ποδῶν Al. ΠΟΛΛΑΙ η τῶν πωδῶν ἔχει τοιαύτας πίζας.  
† Σπιλαξ Al. οῖον, † αιστάλαξ, κρόκος, ηράσσει περδικιον  
καλύμδρον. η γερά τέτο παχεῖας τη ηρά τολείςς ἔχει  
πάς πίζας, η φύλαξ. καλέτη η περδικιον, Διά το τέτο  
περδικιος εγκυλίειδη μηρά ορύζην ομοιας η η το συ-  
\* οὐλάσσει Al. Αιγύπτιο καλύμδρον † γίγγον. τὰ μὴ γερά φύλαξ,  
διντόν. Hes. μεράλα. η οβλαστός αντγ. Βερεχύς. η δέ πίζα, μα-  
κερός. Εἴτεν οὐλάσσει καρπός. Διαφέρει τη η εσθίεται.  
Ath. οὐλάσσει η συλλέγεται σλέ, οταν ο ποταμός διποθή, σεφοντες  
Plin. βαμβάς. Φανερώτατα δε η πλείστην ἔχονται τοφές. Ο  
αλλα Διαφοραν, το σιλφιον η καλύμδη μαργύδα-  
εις. αιμφοτέρων γερά τέτων ηρά απάντων τῶν τοιαύτων  
πάς πίζας μᾶλλον η φύσις. τούτα μήπετο πούτη λη-  
πίσα. ειναι διε τῶν πιζών, πλείσια σλόζαιν αἵ ἔχειν  
Διαφοράς αρδετη πάς ειρημύας. οὖν αἵ της δέσα-  
χιδνης, η το ομοία τῷ δέσακο. Φέρεται γερά αιμφότερον  
καρπόν στον ἐλαττώ το ἄνω. ηρά μίαν μήπετο πίζαν το  
† βαθειά Al. σαρκάδεις τέτο παχεῖας ἔχει τῶν καπάς † βαθός.  
πάς η αλλας εφών ο καρπός, λεπιότερας έπ' ακρα,

τού βολεῖον, η η το γηράς, η οὐλάσσει κατά βαθός εἰναι, ειναι αγ-  
ρίζει, id est, si globum cum fibris radicem dicas, etiam caulis  
bulbi, gethyi. & quicquid sub terram latet, radice carebit.  
Pro αγρίζει, doctiss. Gaza ακαδον legit: radix, vertit,  
bulbi & gethyi caule omnino carebit. & in totum omnia, que  
natura sub terram distendi voluit, caulis nimis exper-  
tem sortienter naturam, si totum radice consummari placue-  
rit. Non video, cur caule carebunt, quæ natura sub  
terra distendi voluit.

Καὶ τὸ οὐλόν, οὐλάσσει.) Apud Athenæum, ut supra docui-  
mus, τὸ οὐλόν, η καλέσσει πηγαδίου, καὶ οὐλόν ωτόγειον. Ex  
hoc loco scribunt μαρφειον η τὸ οὐλόν. Ego ακοινον, servo.  
Sic tuber vocatur, quod umbram non faciat: sub ter-  
ra enim latet. Hesych. ακοινον μη ηρά τοιαύταν. in Ald. &  
Basileens. codice οὐλόν legitur. Lege οὐλόν, vel οὐλόν.  
Hesych. οὐλόν τὸ οὐλόν εἰναι οὐλόν. Plin. lib. XXI. cap. XV.  
Mandunt Αἴγυπτον οετον, cui pauca folia. Vide cap. se-  
quens. Rectius οετον, vertit Plinius, quam vingum  
Gaza.

φερεται η πίζα.) In Ald. & Basileensi οὐλόν ιστη πίζα. Ηæc verba viro maximo, cuius codice, cum Plinio, & M.SS. collato, usus est Cl. Heynsius, imposuerunt, ac coegerunt, supra scribere η πίζα. Vertunt, quo-  
rum nullum forma constat radicis: cum tamen capite sequenti oeto, vel ut Gaza vertit, Vingo tribuat,  
μαρφειον πίζα, magnam radicem. Codex itaque corruptus,  
aut ubi contradicit Theophrastus. Doctiss. Salmasius,  
in exercitationibus Plinianis, nunquam satis laudan-  
dis, restituit, καὶ οὐ πᾶλα τὸ οὐλόν εἰναι, οὐδὲν ιστη πίζα, vel  
καὶ οὐ πᾶλα ωτόγειον εἰναι, οὐδὲν ιστη πίζα. Et si quid aliud sub  
terra nascitum, quod nihil nisi radix est. Priori corre-  
ctioni subscribimus. Et ita legendum, quæ sequun-  
tur, ostendunt.

Τάχος οὐλάσσει μήπετο λήγεται, πίζα η οὐλόν ιστη πίζα.) Con-  
cludit tandem, globum bulborum cum fibris, etiam vingam, & tuber radices esse. Sed radicum inquit  
esse differentiam, neque eandem formam necesse  
esse; & has quidem hanc, illas aliam habere figuram.

Διάρια.) Utrum Διάρια, ut in Basileens. & Ald. an  
vero, ut in Lugd. Διάρια legas, eodem redibit. Utrumque  
transmittere significat. Sed Διάρια magis familiare  
Theoph. lib. V. de caus. Διάρια τῶν περιφερῶν. lib. XI. de  
caus. Διάρια τῶν. Porro non tantum ari radices majo-  
res fiunt, si germinandi imperio cohibeas; sed omnes  
carnosæ. Nam quod solii, flori, cauli, semini desti-  
natum est, radix retinet, copiosius itaque habet ali-  
mentum. Necesse ergo crescat, majorque fiat.  
Plin. lib. XIX. cap. V. Celerius tamen proveniunt satæ bul-  
bis circa latera natis, & ut crescant, folia quæbis sunt  
ampla, deflexa circa obruntur: ita succum omnem trahunt  
in se capita. De ari historia vide lib. VII. cap. XI.

## CAP. XI.

P Leraque etiam herbaceorum radicibus ejusmodi "Vocatur,  
continentur; ut aspalax, crocum: quodque per- crassas, plu-  
dicium "vocatur, quod perdices se ad id volu- resque ra-  
tent, terramque suffodiant. Pari modo, quod Αἴγυπτοι dices quam  
vingum appellant. Etenim folia της ejus ampla, & ger- folia habet.  
men pusillum: sed radix longa & in modum † fructus perdicium  
& cibo idonea. Colligunt id cum amnis effusus fuerit: quod perdi-  
eoque deorum aras exornant. Evidenter simile & maxi- ces.  
mam præ cæteris differentiam laserpicum obtinet: † Ejus non  
& quæ Magydaris nominata est. Harum enim utrique magna.  
omnibusque hujusmodi natura radicibus potius con- Fructus,  
stare tota videtur. Igitur hoc ita sumendum est. Quas- præstans est  
dam autem ex radicibus plures differentias præter pre- nea.  
dictas fortiri appetet; ceu arachidæ radix, ejusque,  
quod simile est araco. ambæ namque fructum non mi- In extre-  
nus. In extre-  
no, superno afferunt. Pars ipsa carnosæ, radicem mo tenuio-  
simplicem, crassam, altius infigendam mittit. cæteras res, ac mul-  
verò, quibus insidet fructus, "tenues ac summo cespite tisariam;  
cohærentes agit. loca & arenosa potissimum amant. † Sabulosæ.  
Neutrum folia gerit, neque foliis quicquam simile. † Sed quasi  
Sed quasi binorum fructuum partibus inter se oppo- utrinque  
sitatis, fœcunda potius extant, quod mirum profecto est. fructifer.

Naturæ

τὴν σχιζομέρας πολλαχῆ. Φιλέσθε μάλιστε χωρία  
τὰ οὐφαρμα. Φύλλον δὲ ἀδέπερον ἔχει τότεν, ὁδὸν  
έμοια τοῖς Φύλλοις· αὐτὸν ὡσπερ ἀμφίκαρπα μᾶλλον  
ἔστι, καὶ Φαίνεται θαυμάσιον. αἱ ψήφις ἐν Φύσεις καὶ αἱ  
διωμάτεις ποσιτας ἔχουσι θλιψοεσίς. αὐξανόμενη ἐ<sup>τ</sup>  
την γένεσιν. Αἱ πάνταν θλιψοῖς αἱ ψήφαι περιποταν τὰν αὐτῶν, τὰ  
την γένεσιν. Φύλλον εἰς βάθος. τὸ δὲ ἀδέπερνα καθίκει τῷλεον, η  
σύσσοντος ἡλίου ἐφικνέται. τὸ γάρ θερμόν, τὸ ψυχών,  
καὶ μικρὸν αὐτὸν μεγάλα συμβάλλεται περι  
βαθυρρίζεται. καὶ ἐπι μᾶλλον περι μακρορρίζεται η τῆς  
χώρας Φύσεις, έπει τοῦ ικανού καὶ μακρού η εὐδίον. τὸ  
γάρ τοις ποιαίσις, πόρρω αὐτέοντος η μείζης αὐξήσεις.  
τὴν γένεσιν Φαίνεται δὲ τὴν ημερωτατην. τὸ ἔχουσι γάρ οὐδιόρ,  
αἱ πάνταν θλιψοῖς, αἱ εἰπεῖν. έπει τοῦ θερμοῦ η κενός Ε  
μηδὲν τὸ αὐτόνεται, καθέπερ Φρέσα. τὸ δὲ ὄχεται τι-  
νος. η γένεσιν τοῦ Λυκείου η πλάτων. η κατὰ  
τοῦ θερμοῦ, έπει τοῦ θερμοῦ τοῦ θερμοῦ η τελέκενται πήχεις  
ἀφῆνεν, ἔχουσι τὸ ποντικόν τοῦ θερμοῦ. δόξει τοῦ, αἱ εἰπεῖν,  
η συκῆ μακρορρίζεται τοῦ ποντικοῦ η τελέκει τοῦ ποντικοῦ  
τοῦ πολαιῶν, έπει εἰς ακρινὸν η καστίν, ηδη βαθυρρίζεται  
τοῦ μακρορρίζεται. πάντων δὲ οὐδιόροις οἱ ψήφαι τοῦ  
τῆς αὐλωσάμανται. πάντων δὲ οὐδιόροις οἱ ψήφαι τοῦ  
Φύσεις δεινότεροι τοῖς θλιψοῖς, αἱ θλίπαι. διὸ ηγένεται πικρός, οὗ οἱ καρποὶ γλυκεῖς.

Al.

† Χορτα

Al.

Επί άν.

Al. Bas.

† Γερ.

Διαφέρει δὲ καὶ ηδίστηται. Theodor. cibo idonea; tacuit  
τὸ Διεφέρει. Significat autem excellentiam. De vin-  
go autem, quid sit, apud nostrates nihil habemus.  
pejus illa Theodor. ταν ποταμὸς δέπος. Cum annis effusus  
fuerit. Nā sanè quo tempore annis effusus est, aquis stagnan-  
tibus impediuntur quo minus colligant; ubi effunditur operi-  
ubi abit, aperit. Tunc igitur colligunt. Sic ex castris, Ε  
oppidis, Ε teatris; in campos effusam turbam legimus apud  
Virgilium, Ε Livium.

Σιλφιος, η μαρδιόνεις. Ita habes Theophrastum autorem  
eius sententiae, quae non statuit nomina hæc, tanquam par-  
tium, ut scapi, Ε radicis: sed quasi sint species diverse. Vi-  
debis recentiores, Ε Plautum in Rudente. Sic Ε alibi, lib. 6.

Φιλέτωντας οὐφαρμα. Theodorus, Areosa. non. sed aut  
quibus arena subest, aut fabulones. Sunt enim fabulones,  
agri misti ex fabulo, Ε terra.

Αἱ ψήφαι, καὶ διωμάτεις τοῖς τέχνης θλιψοῖς. Φύσης,  
intelligit constitutionem ex partibus. διωμάτεις, officia δὲ τὸ  
φύσης, ut dicebat Λευκενος, η τείφειν, καὶ τείφεσθαι. Φύσης καρπών  
δὲ τοῦ, δέσποινται αὐτοῖς η τείφεσθαι. Φέλιξ vox. Theodorus, binorum  
fructuum partibus oppositis. Non, sed ut, η φιλόδοξος. Neque  
enim hic, partis, ponenda vox, sed singulis suprà subterque  
fructibus. Nisi, siisque deque, alterius esset usus, signifi-  
catione erat adæquata; siisque deque fructifera. Malè etiam  
addit Theod.(plantarum,) hic enim radicum tantummodo  
sunt differentiae. Satis ad hoc argumenti, quod adhuc ean-  
dem persequitur historiam.

Αὐτοῖς. Nunc etiam φύση, persecutur. Quare minus  
commode videtur epilogum fecisse illum. αἱ ψήφαι τοῦ φύσης,  
Ε. Augeri enim, Ε esse μονόφύλλον, naturæ est. Quod au-  
tem ait, tantum demitti, quantum solis calor occupare pos-  
sit: Ε Plinius videtur putare pro falso: Ε nos negamus  
esse verum. Neque enim sol attacū gignit, sed vi quadam  
sparsa, ac distributa. Nam metalla quonam modo gignerent-  
ur? Plantarum generatio à quo sit, in libris de semine ge-  
nitali à nobis dictum est. Augmentationem autem, nemo ne-  
get esse ab anima: quæ quidem tam in radice, quam in stipite  
una est. Sobolem autem, ejusque vim, non tam suapte im-

Naturæ viresque τὸ plantarum tot differentiis variant. † Radicum.  
Radices omnium prius quam partes supernæ au-  
gescant. nulla tamen subire altius potest, quam solis  
calor attingat. calor enim est, qui vim habet gignendi.  
Cæterum vel natura humi ad radicis altitudinem, lon-  
geque magis ad longitudinem plurimum conferre vi-  
detur; si levis, rara, transmeatuque facilis sit. Nam in  
eiusmodi locis ulterius producitur; & majora incre-  
menta sequuntur. Constat id maxime in genere urba-  
nissimorum. Hæc enim si aquæ copiam habent, in quan-  
tum libeat progredi possunt. Præsertim si locus inanis  
sit, nec aliqd obstet; ceu puteus, aut aliquis aquæ-  
ductus. Quemadmodum in Lyceo platanus apud aque-  
ductum, novella adhuc, circiter tria ac triginta cubita  
emisit: "cum simul & copiam alimenti & loci liberale  
spatiū adepta fuisset. Ficum, ut ita loquar, longissi-  
mam radicem habere putaveris. Ad summam, quæ τὸ Efficacio-  
raro corpore sunt, rectamque agunt radicem, longius res.  
mittunt: & novæ, si ad vigorem ætatis suæ pervene-  
τὸ Quarun-  
tint, magis quam veteres, longitudineque altitudi-  
dam succi  
neque radicis fulcentur. Quippe cum etiam radices τὸ saporis  
una cum reliquo corpore diminui soleant. Succi pari-  
solum exce-  
ter omnium radicum τὸ insuaviores quam fructus sui  
dunt, verum  
habentur. † quarundam etiam penitus fere insuaves. etiam rece-  
Quamobrem sunt, quæ radicem sortiantur amaram, dunt, à suc-  
co cetera-  
rum par-  
tium.

## IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

precisione penetrare eo usque, quo demittatur radix, quam  
recipi ab iis partibus, quæ ei expositæ sunt, atque reddi radici-  
bus, que ad certum usque modum, pro rei forma, proce-  
dant: par est. Alioquin sanè radices omnes pareas essent, at-  
que æquales, in ejusdem generis loco, atque agro: quo in loco  
solis vis æquæ descendarat.

Βαθυρρίζεται, η μακρορρίζεται. Quia potest esse μακρούς, Ε  
tamen ἐπιπλαΐα.

Ο πειρῶν θέσιον, quod suprà ὅποιον περιφέρεται.  
Εχουσι τόπον πάντα, Ε τείφω. Theod. loci spatiū libe-  
rale adepta. Malim sic; Locum nausta simul, & nutri-  
mentum. Plinius νο recte putat falsum. Loci naturam con-  
ferre ad magnitudinem, Ε parvitatem. Comparat enim  
Theophrastus idem radicis genus. Verba quoque ipsius Plinij  
minus satisfaciunt. Ea sunt. Idque natura loci tenuio-  
res, five gravissimas dixere. Grandissimas, legerem.  
Neque enim tenue gravi opponit; neque plenē tenui,  
grande. longitudiν eam cum tenuitate servari potest, quæ est  
una ex tribus dimensionibus.

Πάντα τὸ πάντεσσι. A locis suprà differentiae accidentia-  
les: nunc essentiales ab ætate. Sanè recte dicit, συμφωνεῖ.  
contabescunt radices simul cum ceteris partibus. Ali quando  
verò etiam plus putrescant enim citius siccè: quia humor  
überior. Recta vero natura lege haud ita fit: sed ut in cor-  
de animalium reciprocus ille recursus, qui ab Aristotele di-  
citur θέλω.

Πάντα τὸ πάντεσσι. Theodorus  
insuaviores. Minus plenē sententiam est executus. Suave,  
est modus saporum, item insuave. Competit enim omni-  
bus. Sic in raphano radix, suavior, quam in folijs, tamest  
acrior: sed θέλω hic, validum, efficax, vehementer signifi-  
cat. Ita raphorum vescimur radice, folijs minus. Sic pa-  
naceæ, siferis, carotæ, quorum succus vehementer, at non  
insuaviores. Mira verò brevitas. Ε δὲ οὐτιστας. Quarum-  
dam succi τὸ saporis genere non solum excedunt, verum  
etiam à succo partium ceterarum.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Αυτοῖς. Varro Rei rust. lib. 1. cap. xxvii. Alie enim  
radices angustius diffundunt, ut cupressi; alie latius, ut  
platani, usque eo, ut Theophrastus scribat. Athenis in Ly-

ceo, cum etiam nunc platanus novella esset, radices trium  
ε triginta cubitorum egisse.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS,

**O**io.) Plin.lib.**xix.**cap.**vi.** Sponte nascentium quædam numerosiore sunt radice, quam foliis, ut aspalax, perdicium, crocum. Duo notanda. Primum, quod sponte nascentium quædam numerosiore radice, quam folio scribat, & inter ea, crocum, perdicium, aspalaca recenseat. Cū Theophrastusde solo perdicio hoc tradat. Extra omnem est controversiam, croco plura folia, quam radices esse. Deinde quod ꝑ *πωδῶν* vertit sponte nascentiū quædam. Botanicus doctiss. *πωδῶν* interpretatur, quæ herbæ vulgari simile folium, id est longum & angustum, habent, quales sunt crocus, perdicium, aspalax. *πωδῶν* ergo gramen erit vulgare. Sed quis tradidit, hujuimodi folia ferre aspalaca, & perdicium? croco graminea, id est longa, & angusta esse folia, non inficias eo. *πωδῶν* malo cum doctiss. Gaza vertere, herbaceorum, pleraq; enim herbaceorum, id est, quæ sub herba classe comprehenduntur, radices habent, quales precedentib; capite diximus. Vox enim *πωδῶν*, ad omnes differentias, capite præcedenti traditas, referenda videretur, non ad postrema verba capitisi, *καὶ τέταρτον πίζειαν κάλυψην, τὸ ταρκόδιον.* nam crocus magnam nō habet radicē. Plinius, ut dixi ꝑ *πωδῶν*, vertit, sponte nascentium. An itaque legit *πωδῶν*, ut in Basili. & Ald. legitur codice, ac ꝑ *πῶν* accepit, pro *τῷ ἀστρῳ*, quod obvia & vulgaria quæq; denotat: plantæ autem triviales, ac vulgares spōte nascuntur. Queritur an crocus inter plantas quæ sponte nascuntur, sive triviales, & vulgares, referri debet. In Batavia sponte non nascitur, sed in hortis colitur: verū in Anglia, aliisque regionibus juxta vias reperitur. Ipse etiam Theophr. crocum laudat, optimumque dicit, ac pulcherrimum, quod juxta semitas, aliaque loca, pedibus trita cōmeantū, exit. Vide lib.**vi.** c.**vi.**

A<sup>et</sup>ea d<sup>a</sup>ta<sup>e</sup>.) Ita etiam legit Plinius , in Basileens . & Ald. Doctifl. Plinij interpres , Dalecampius notat quosdam pro aspalace , asphodelum legere. Asphodelum w<sup>o</sup>nde<sup>s</sup> esse non nego. Sed qua auctoritate lectio h<sup>a</sup>c confirmetur , non video. Ego nihil mutare audeo; quod apud Plinium , & Theophrastum scribatur aspalax. Aspalaca inter reliquas ignotas reponam plantas , usque dum eam ex Græcia ad nos aliquis attulerit.

Kai γράπετο.) In perdicij historia Gaza haec verba  
οὐδὲ τέλος παχεῖστε. οὐ πλείστης ἔχει τὰς φίλους, οὐ φύλακα, οὐ λείπεται  
ἡ περδίκιον, non vertit. Interpretor: Habet enim crassas,  
pluresque radices, quam folia. Nomen autem ei perdi-  
cium &c. Plin. lib. **xxi.** cap. **xvii.** Perdicium ē alie-  
gentes, quam Aegyptij, edunt: nomen dedit avis, id maximè  
eruens, plurimaque habet radices. Nusquam tradidit  
Theophrastus, in usu cibi venire perdicij radicem,  
sed crassas, & plures habere, quam folia. Περδίκιον,  
de quo nobis sermo, non est parietaria sive parthe-  
nium, quod Plinius lib. **xxi.** cap. **xxx.** à Celso perdi-  
cium, & muralium vocari tradit. Parietaria, nec  
crassas, nec plures radices, quam folia habet. Dubi-  
tant alij, an chondrilla bulbosa, ab adversiorum  
auctoribus Pena & Lobelio, chondrillæ pusillæ,  
maritimæ, luteæ, bulbosæ, nomine descripta, sit per-  
dicion Theophrasti. Crassas habet radices, & plures  
quam folia. Iconem lib. **vii.** cap. **xii.** ubi de cicho-  
reacis nobis sermo, apposui.

Oμειος δὲ ) Lego, ὁμοίως δὲ Ε τὸ σὺν Αἰγύπτῳ καλύμβρον οὐκ  
τὸ τὰ φύση τῷ φύσιᾳ μητράλεα, νῦν οὐ βλαδός αὐτὸς βραχύς. Pari  
modo quod Ἀgyptij ouiston appellant folia ejus non  
magna & germen pusillum. Plin. lib. xxi. cap. xv.  
Mandunt & oetum cui pauca folia, minimaque, verum ra-  
dix magna. Doctiss. Dalecampius oetum ab Indis &  
Ἀθιοπibus hetich appellari scribit ; proxima sunt  
elementorum effigies. Plantam nunquam conspexi;  
audio foliis esse bryoniae ; huic non sunt parva, nisi  
respectu radicis.

*Αραχιδόνης.* Doctissimi botanici aracidnam asserunt, anblatum sive ἄφυλλον, quod foliis careat, huic radix quidem succulenta, squamisque contecta, albicans; non tamen simplex, sed ex minusculis aliquot constant; non crassa, sed mediocris. Addo, nec infra, nec supra terram fructum ferre, sed in vasculis parvis postquam defloruit, contineri semen parvum. Alij *χακασάλανον*, sive glandem terrestrem (vulgo *Hertaecker*) aracidnam statuunt; quod ex legumi-

nosa familia, nulla magis, quam hæc, cum aracidna quadrare videatur. Nam *apar* & *agogi*, cicerculæ species est, quam foliis & fructu refert, & *vener* tuber; & sicuti ex duobus, unum est conflatum nomen, ita etiam ex araco & tubere mixta planta inveniri debet. Posteriora concedo, sed glandem terrestrem, aracidnam esse, nego. Supra terram enim fert folia; nec supra, nec infra terram, fructum fert magnitudo ne æqualem; immo nullum infra terram. Nam quod mulieres, puerique comedunt, fructus non est, sed radix. Porro hunc locum, his verbis exscripsit Plin. lib. *xxi*. cap. *xx*. *Aracidna* quidem & *aracos* cum habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habent. Mirabilem hanc plantam inter ignotas referam, donec aliquis ex Græcia aut Ægypto nobis eam communicarit. Non nulli pappas Peruanum, arachidnam statuunt; quod perbellè ipsis videatur, radicis convenire historia. Quæ de foliis scribit Theoph. parum integratide recitat iidem docent, quod Lectoris judicio cōmitto.

## Glans terræ, Glans terrestris.



O<sup>μοί</sup> τὸ δέσμων.) Clariss. & doctiss. Clusius lib. iv.  
exotic. plantam quandam describit, quam ab Hono-  
rio Bello è Creta, δράκων οὐοις nomine accepit. Simi-  
lis ferè nobis nata, ex Hispanico semine, à Guilhel-  
mo Boelio botanico insigni missa. Ejus imaginem  
adpingi curavi. Infra supraque terram siliquam fert  
parvam, sed magnitudine & forma & qualem, in qua  
semen rotundum, caulinos statim à radice emitit  
plures, quincunciales, aut paulo majores, tenues,  
humi procumbentes, foliola è caulinum geniculis ex-  
eunt, glabra, angusta, parva, in mucronem desinen-  
tia, araco five ciceræ Dodonæi non dissimilia, sed  
minora, bina uni infistentia; inter quæ medius hæret  
capreolus, flores purpurei, siliquæ partæ, araco non  
dissimiles, in singulis siliquis semen rotundum, uni-  
cum, colore foris obsoleto, five nigricante, intus ex  
luteo albicante. Rara hæc, & haec tenus nondum de-  
scripta planta. Nam quam Clusius delineat, folia  
habet extima parte latiuscula, & quodammodo cor-  
dis, ut vulgo pingi solet, figuram imitantia, per me-  
dium secundum longitudinem nervo secta, qui exti-  
mam foliorum partem non nihil superat. Neutra  
cum delineatione δράκων οὐοις conuenit; utriusque folia,  
neutri radix crassa, altius ter ræ infixæ.

A'egáhu

Αράκος ὄμοιον.

Araco similis planta ex Hisp. missa.



H' οὐσιον ἀλλα.) Tacitè reprehendit Theophrastum Plinius lib. xvi. cap. xxxi. Quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepesciat, idque natura loci tenuoris crassioris, dixerunt: quod falsum arbitror. Apud auctores certè invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII. cubitorum in altitudine; nec totam refossem, sed

abruptam. Maxima spatio atque plenitudine & citri est: ab ea platani, roboris, & glandiferarum. Plinij sententia nobis probabilius videtur. Vide annotata summi viri Scaligeri.

Quod de platano tradit, resert Varro lib. i. cap. xxxvii. ut annotavit doctiss. Robert. Constantinus.

## ΚΕΦ. ΙΒ.

## C A P. XII.

Qualitas radicis Iridis &amp; ficus Indicae, &amp; lupini vis.

\* Φυδδεις.  
Al. Ger.  
forte ιωδεις  
† Γειδει.  
‡ Συκη Al.  
Βασ.

**A**Γ' οὐκέτι Φαρμακώδεις, εἴναι "εύωδεις. ὡστέ αἱ τῆς Τίεροι. Γίδα σὲ πίζης φύσις Εἰδία- μις γῆς Γ' ιδικῆς συκῆς. Διπό χρόνο τὸ βλαστῶν ἀφίσιος, μέχρις ἐν αἷς συνάψῃ τῇ † γῆ Εργάσθη. καὶ γίνεται εἰς τὸ σύνεδρον κύκλῳ συνεχεῖς τῷ πίζων, ωχοῖς ἀπτούμδρον τῷ σελέχεις, ἀλλὰ ἀφεπικός. ἀρχεταλήσιον δὲ τότε, μᾶλλον σὲ τρόπον πιὰ θεωρατικόν, εἴ τις ἐκ τῶν φύλλων ἀφίσιος πίζων. οἷον φασι τέλος Ο' πάντα πολεον εἴναι, ὅτι ἐδιεστάτη εἴναι ἡδον. τὸ χρόνον τοῦτον θεωρατικόν, οὗτοι αὖτις οὐλη Βαθέαταρη, Αλείρης τὴν εἰζων τοὺς τὴν γῆν, καὶ βλαστάνει ἀλλὰ τὴν ιδίων. ἀλλας σῆμα μὲρον τῶν πίζων διεφορεῖς ἐκ τότε τον θεωρητέον.

## IVLII CÆSARIS ISCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**A**Γ' οὐκέτι Φαρμακώδεις. Cum incepit dicere de saporum natura, aut ibi fuit statuendum caput diversum, aut hoc quoque continuandum. Quid quod & alias subnecit germinandi potestate? ita etiam confusæ à superioribus abstraxit Theophrastus.

Proprium radicus Indicarum ficuum, emitti à sobole. Sic enim ait, idia ἢ πίζης φύσις, ή δωδαμις, οἷον τὸ Γ' ιδικῆς συκῆς, διπό τὸ βλαστῶν αφίσιος. Igitur φύσις αφίσιος τὸ πίζων. sequitur μέχρις ἐν συνάψῃ τῇ συκῆς Εργάσθη. Theodorus, quatenus se fico parenti conjunxit, telluriq; tutè inhærescit. Non queo intelligere, quomodo parenti se jungant rami, qui à parente prodeunt. An verò radix se jungit? minimè. Sanè qua ratione συνάψῃ, quod mox est, ωχοῖς ἀπτούμδρος? omnino non est scribendum τῇ συκῇ, sed, τῇ γῇ. Scilicet quoad sese terrae ita applicet, ut radicetur. Sic etiam in quarto; αὐτῷ δὲ συνάψια τῇ γῇ, adverte verba. Tuttè potius, quam tutò; & inhærescit, neque tempore, neque modo respondet priori verbo illi, conjunxit. Hujus arboris descriptionem habes elegantissimam apud Plinium, quam accepit ex quarto hujus: adeò ut sub ea activare potius, quam ejus historiam legere videaris. Communem hanc habent naturam Peruina, Menta, & alia herbae: ut rubus. Plerèque enim verticem quoquo reflexum, devexumque defingunt, atque radicant ita.

Πολέμων. Tam clavam, tamque singularem herbam, quæ & usui, & miraculo sit, male fecit, cum non nominavit; mi-

Sunt & medicatæ norinnullæ, odoratæ aliæ; ceu iridis. Natura visque peculiaris radicis fico Indicæ.

Illa enim à germinibus mittitur: "quatenus se fico" Quoad se parenti conjunxit, telluriq; tutò inhærescit. Fit ita terræ applicaque circum arborem frequens radicum concursus: qui ceteri, ac radicauitatem nequaquam attingit; sed ab eo paulo distat. ces agat. Huic simile, vel potius quoddammodo mirabilius, si quid ex foliis radicem dimittat: qualem circa Opuntiam † herbam. & herbulā esse quandam enarrant: cui † datum est, ut & mandi suavitate possit. Quod enim in lupinis insit, & suavis spicitur, minus mirum: "ut si sub alta serantur materia radices obstantes sumnum versus terræ perscindant, & valenterque germina edant. Radicum differentias iis conspicari ipsiis debemus.

fissem equidem cursum potius: id quod nec semel feci. Theodorus autem ambitiose, & minus Latinè dixit illa verba suavissima; δημιουρησαντο. Cui, inquit, datum est, ut & mandi suavitate possit. Datum est, ambitiose. Mandi, pro comedì, minus propriè. Multa manduntur sanè, eaque neutiquam cibi gratia: veluti pyrethrum, & mastiche. Latinè verò nemo dicat: manduntur suavitate: purissime & fidelissime dices. Qualem, ajunt, ad opuntiem, esse herbam pusillam, quæ etiā cibo grata sit, & suavis gustu.

O, n̄ av̄ c̄ v̄ βαθειά συστη. Materiam hic terram vocat, ad proportionem consuetudinis, qua etiam mater dicitur. Si, inquit, lupinus ultra terra cooperiatur, radice reciprocemotus agit ad summum terræ, ex qua emitat caulem. Nam ex illa profunda parte, in quam demissum est semen, emittere caulem nequeat. Plinus, mirificè terram, inquit, amat; sed terra operri non amat. Apposuit causam, ubi dixit, οὐλατες διὰ τὸ ιχνον. Historia versatur circa radicis vim: ut etiam acentat, quo germinet. Itaque dixit, Αλγεῖ. Partitur radicem: ut partem relinquit ibi, ubi satum est; partem reciprocem sursum agat. Theodorus male, obstantes. Obstante quiescentis, at & pertinaci; reciprocandi potius verbum persequutus est; & Αλγεῖ, perscindunt, male; nibil enim scinditur. Non enim dicat terram aperiri. Ait enim ille, Αλγεῖ τὸ πίζων: & Αλγεῖ τὸ ιχνον, ut valenter edant germina; non expedit, id Αλγεῖ, quæ videtur esse cause formalis nota.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

**P**oētō. Plinius lib. **xxi. cap. xvii.** Opuntiam vocat  
à loco: at si Opuntia est quam depingit Mathiolus, noſ-  
que cum ſuo fructu ficus modo, ſed spinofa vidimus,

herbula non eft: itaque poētō, non herbulam verto: ſed  
ut contemptim dictum, herbam quandam.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**E**nīcū. In Basil. & Ald. Poētō, quod cor-  
ruptum: odoratum, vertit Gaza, īvōdēs restituunt;  
rectē, ſi ſic scriptum eft in MSS. codicibus; alio-  
quin eodem ſenu, īvōdēs legere malleum; quod pro-  
pius ad antiquam accedat lectionem. Θυνδēs odor-  
atus, jucundi odoris. Theophrast. lib. **xii. cap. xv.** de  
terebinthi fructu loquens, ἡ ἄμα θεοφράſτης ἐπινόητη  
θυνδēs. Plinius lib. **xiii. cap. xix.** Cum vite matu-  
rēſit, non grandior faba, odore jucundior, trachū reſinoſus.  
Idem Theophr. lib. & cap. v. Τὸν δὲ λόγον ἀποτίθεται περὶ  
τὰ κυπαρίſſα, ἡ τὰ θυνδη. τῶν συγχύμων εἴναι φασι. Plin. lib.  
**xvi. cap. xl.** In plenum dici potest, utique quæ odore pre-  
cellant, ea eternitate p̄fertare: à p̄dictis moris proximè  
laudatur. Homer. Odyſ. iv. Εγένετο θυνδη. Ηλία. Hesych. Θυνδη, θυνδη. ἴνος καὶ θυνδη. θυνδη. θυνδη.  
Εὐδήκης οὐχίς.) De ficu Indica, ejusque mirabili histo-  
ria, vide cap. v. lib. iv. hiſt.

Plin. lib. **xxi. cap. xvii.** Item circa Opuntiem Opuntia  
eſt herba, etiam homini dulcis: mirumque, e folio eius radi-  
cem fieri, ac ſic eam naſci.

Opuntia, vulgō fictis Indica. Fructus  
item rudimentum cum flore:  
& Folium.



## ΚΕΦ. ΙΓ.

## C A P. XIII.

Quæ arbores enodes, quæ nodosæ; qualitas nodorum, cæci, rodi, cradæ, gongri.

† Deefit Al. **T**Ων στένδρων † οἱς καὶ τοιάντας αὐτοῖς λαζοὶ  
Baf. Διαφοράς. ἔσι γὰρ τὰ μὲν ὅζωδη τὰ δὲ αὐ-  
τοῖς δὲ ἀλλαγές, καὶ τὸ φύσει καὶ πότῳ, καὶ τὸ μὲν λαζοὶ ηὔπονον.

videtur, ſed quæ pauciores, quam aliæ habet, palustria vero nodo carere dicuntur, quod in totum careant ut in junco, cypero, typha videre  
eſt: arborum alijs paucos nodos habere contingit ſua natura, uti fico, lauro, ſambuco; in ſumma omnibus ijs, quibus cortex.

† Enodem  
dico, non

Arborum autem vel tales differentiae capi poſſunt.  
Sunt enim aliæ nodosæ, aliæ enodes, tam natura quā penitus ca-  
loco, plus minusve. † Enodes, inquam, non ut nodo  
ret, talis nul-  
la arbor eſſe



## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**T**Ων οὐδεπον. A partibus aliis alios venatur affectus. Αλλ' εἶπεν οὐδεν. Id est, enodem dico, non quæ peritus nodo careat: sed quæ pauciores, quam aliae, habeant. Theodorus, sed siquid ejusmodi sit, locum inter alia obtinet. Oratio autem Theophrasti corrupta videtur. Ait enim prius: ἀλλ' εἴπε οὐδεν. Εἰ μοι. ἀλλ' οὐδείγετο, Dixit autem, φύση ωρ, quia infida, κατὰ τὸ φυτεῖαν. Quare non est corrupta lectio: sed æquivocè accipit, τὸ ἄνθος, ut sit in arboribus ἄνθος secundum τὸ οὐδεν. in palustribus autem τὸ οὐδεν; confusum tamen contendat quispian.

Πηγαματίδειον. Reclē faciunt cūm corrigunt: at non recte corrigunt. πηγαματίδειον, nulla analogia est, τὸ τὸ πηγαματίδειον. Theodorus omnino aliter legit, Εἰ posuit, gelidis, fortasse, πηγαματίδειον, ut infida.

Ἐπὶ τὸ κατὰ τὸ φυτεῖαν. Et differentiam ponit ab arte, Εἰ reducit ad principia naturalia. Nam, inquit, crebrae paucioribus constant nodi, rarae pluribus. Propterea quod aëris spatio fruuntur illæ angustiore, hæ plus in solantur. Propositionis superior emittit hanc conclusionem, εἰ τὸ οὐδείγετο. Nota μάντης, Εἰ πονεῖ, non à situ partium in constitutione totius, ut densum, Εἰ rarum: sed à situ rotorum in loco. Crebrum sive frequens, Εἰ infrequens, sive raris locis dispositum. De hoc alibi ex Aristotele, Platone, Galeno. Itaque infida, τὸ πονεῖ παντὶ οὐδείγετο. Verba verbis his contraria sunt: at non sensus. Ibi enim à concretione totius, ex vicinia partium.

Αὔκτονος Εἰ ως τὸ πηγαματίδειον. Theodorus inordinati, Εἰ ut forte evenit. Sine ordine, ac fortuito situ.

Αὔξενος πηγαματίδειον. Propter dispositionem ramorum vocat αὔξενον. Theodorus, egregias, sensu optimo: ad verbum, dignæ, quarum ratiæ habeatur.

Τὸν μεῖζον αὐτὸν τὸ πηγαματίδειον. Theodorus. Quibusdam aësidiū grandius; male. Aësidiū enim aequalitatem significat; melius, subinde, τὸ αὖτις. Plinius brevius; omnium terræ proxima crassiora.

Τυφλοί νῦν φύσει. Εἰ πηγαματίδειον. Plinius urbanissimè; quod naturæ fit, si non evaluere: aut pœna, cum amputatos cicatrix hebetavist. In Codice Graeco ita legitimus. Distribuit τὸ πηγαματίδειον τὰ αἴστα. Η δέ τοι μὴ λαθῆ, Εἰ σκηνικήται. Εἰ δέ πηγαματίδειον, καὶ οὐ πηγαματίδειον. Cum aut coacti, vim patiantur, aut abscessi, Εἰ quasi ambusti, mutilati fuerint. μὴ λαθῆ, coacti. fasciis enim circumvinciunt olitores è corticibus: ita quispian dicat. Cum ipsis liberum non sit, sed vim patiantur, aut objectu scandula, vel scutulae, aut obnixu proximi rami. Theodorus

autem longè diversa utitur lectione. Cum arboris ictu aliquo disjecta ad vulnus consolidandum entiens, oris undique plague circumactū callo, cicatriceque tumuerit. Verum non omnes nodi tumidi sunt: sed quidam infra tumorem subsidentes servant æquam trunci superficiem, ut nos videmus in cūpessis nostris nostra manu attonsis. Præterea unam tantum assignat caussam, qua rarijissime evenit. Quis enim dicat, arboris ictu tantum dijisci? Contemplate etiam, quid sit illud, disjecta. Nam dijecti potius; nodis scilicet. Etiam non una ratio cæcorum nodorum. Nam quidam cœunt in idem penitus: quidam sinum intus cavum habent, labii circumtumentibus. Iccirco verba Theodori ambitione sua, superant puritatem autoris, neque explent rem ipsam. Vide an, καλύπτει; non, μὴ λαθῆ; aut si mavis, η σταυ καλύπτει.

Εἰ πονεῖ, η ιντιμη, κόπων, tundere, τίμων incidere. male Theodorus intrans, disjeceris.

Διαιρέτο τὸ οὐδεν. Non dixit, οὐφαῖον, τὸ οὐδεν. Relinquitur enim aliquid, ad quod arcessuntur alia principia ad novam generationem: πηγαματίδειον autem læsionem Theodorus, minus plene. Læsionis enim amplior significatus, mutilationem potius. Nam cum statuat, τὸ οὐδεν πληγής, Εἰ substituat τὸ Αλγησάτο τὸ οὐδεν, quid aliud sit reliquum τὸ πηγαματίδειον, quam mutilari?

Οὐδὲ τὸ φύση τὸ οὐδεν τὸ πηγαματίδειον. Theodorus: ictus enim naturæ contrarius. actionem intellexit Theodorus, Εἰ dixit natura contrariam; mihi potior alia sententia excogitata est. Materiam, quæ à plaga arcessitur, non est apparata in principijs, vel nodorum, vel oculorum: sed in subsidij. veluti in poro sarcoide in animali. Äquivocè enim dicitur nodus hic, Εἰ nodus ille prior.

Δια τὸ μέντον αἴρει περικοπῆς. Sic lege, νο τε περικοπῆς. propterea quod ramuli breves sunt, Εἰ multæ gemmas edunt simili, ut ita dicam, botularum: iccirco videntur nodosiores; intervalla enim nulla sunt.

Ως τὸ δέ οὐδεν. Hæc verba fidelissimè transstulit Plinius. Κερδαὶ sunt verruce nodis similes in quercubus, in olea gongri. οὐτενναντι, αλιγ, ξερπόλων: Videtur enim arboris ricinus. ξερπόλων Atheniensibus quid sit, interpres Nicandri Εἰ Pollux animadverte, sicum eo nomine sylvestrem, ξερπόλων ejus frondes. Item machinam in scenis, ut diximus in primo Poëtices. In secundo historiarum τὸ περιδώλον vocat Theophrastus surculum fucus. Nota casum variationem, ut sæpe in historia animalium apud preceptorem: εἰσι τὸ οὐδεν περιδώλον, περιδώλον τὸ πηγαματίδειον οὐδεν, η τὸ πηγαματίδειον. Nam cetero, sine præpositione, οὐδεν, in recto, η καλύπτει cum præpositione.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Τὸν μεῖζον, Εἰ. Plinius tamen vocis οὐδεν ambiguitate deceptus cap. xxx. lib. xvi. paſſim de ramis ait, quod Theophrastus hic de nodis.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**O**'ντος.) Supra cap. v. quas significaciones vox οὐδεν habeat, dixi. Tὸ οὐδεν, æquivoca significatio, se ferret in Plinium, quæ Theophrastus de nodis, de ramis scribentem lib. xvi. cap. xxx. ut recte Constantinus; Arborum, inquit, quedam simplices, quibus à radice caudex unus, Εἰ rami frequentes; ut olive, fico, viti; quedam fruticosi generis; ut paliurus, myrtus, item nux avellana: quinimo melior est, Εἰ copiosior fructu, in plures dispersa ramos; in quibusdam omnino nullus, ut in suo genere buxo, loto transmarina; quedam bifurcae atque etiam in quinas partes diffusa. Εἰ Bene fecisset Plinius, si arboris nomen, quæ ramis caret, adscripisset. Sed datur ne arbor enodis? Hoc argumentum ipse solvit Theophrastus οὐδεν esse, inquit, quæ paucos nodos, naturæ ordine habent.

(Αὐτη διάφορη.) Inter enodes numerat, sambucum, laurum, ficum. Non multos nodos habet ficus, paucos laurus, sambucus an multos an paucos habeat, quilibet experientia facile comperiet. Vulgata arbor, durus instar aliarum arborum non habet, sed molles, idque quia concavo & laxo corpore: tales Theophrastus inter enodes numerat. Plinius loco citato, quedam dividue, nec ramosæ ut sambuci. Immo, liceat dicere, ramolissima, plurimis quippe donata ramis.

(Πηγαματίδειον.) In Basil. & Ald. πηγαματίδειον. Non male fortasse corrigunt, πηγαματίδειον locis concretis, duris, congelatis, τὸ πηγαματίδειον, quod concretum significat, ut apud Polybium πηγαματίδειον, nivis con-

cretio, λόγον πηγαματίδειον, congelato, astringo frigore, Theodorus gelidis, frigore concretis.

(Πηγαματίδειον.) Et hoc de ramis Plinius loco citato, ramus proprium genus; (ramorum) ferarum enim rotunda reddunt, adhærentibus uni maximo minoribus. Theophrastus nodos similes ait personæ, larvæ, imagini.

Eiri δι τὸ οὐδεν οἱ μέρη τυφλοί.) Plinius loco citato, Ramorum (vulgo romanorum inepte legitur) aliqui cæci, qui non germinant, quod natura fit, si non evaluere; aut poena, cum deputatos cicatrix hebetavit.

Pessimè hæc Plinius: quod Græcus auctor, de nodis, Latinus de ramis: Quæ dividuntur in ramo natura est (recte dixisset, quod nodus in cæteris est) hæc viti in oculo, harundini in geniculo.

Κερδαὶ.) Vox hæc plures apud Medicos habet significaciones. Galen. in Glossis κερδαὶ συντηρεῖται, fici rami majores, Eritianus. οἱ δὲ τοῦ συντηρεῖται, οἱ δὲ τοῦ καλύπτει, αλιγ, fici folia, αλιγ ramos κερδαὶ vocant. Nicand. Scholast. κερδαὶ οἱ τὸ πηγαματίδειον συντηρεῖται, crada Poeta fici sylvestrem appellat. Theophrast. lib. ii. cap. vii. ramum fici κερδαὶ vocat, φυτεῖται καὶ οὐκέτι τὸ περιδώλον περιδώλον οὐδεν οὐδεν. Εἰdem lib. iv. cap. xvi. κερδαὶ vitium est, præsertim in fico, cum in articulos & cæcum digitos (sic loquitur Plinius) vis morbi erupit, ratiique denigrantur. Hoc vero loco, crada est, verrucosa extuberatio, quæ præcipue arboris divisa occupat, quibus caudex primum velut in ramorum brachia distinguitur.

Τόσας.) Γέγραπτο Athenæo lib. **III.** piscis est, etiam Aristoteli lib. **VIII.** hist. animalium. Nonnulli γέγραπτο interpretantur, hiantes, in arborum truncis & caudicibus, fissuras. Sed aliter Galenus lib. **VI.** Epidem. sect. **III.** Aphor. **X.** Πορφύρας δὲ τὰς αἰχματικές ιεροχήρες μετὰ σκληρύτην Θ., οιστοῦ ποιεῖ, αἱ γεννάδαι ποιῶντες οὐδέποτε, αἵ παλαιοὶ γέγραψαν, ὡς εἰς Θοίφροσον Θ., σὺ τῷ αὐτῷ τῷ τοῦ Φυτού τοῦ γέγραψαν, κατέλειπον οὗτος. Εἴτα δὲ ίχθες τοὺς καλλιμάνους τῶν πιναγέρεων, η τὸ αὐτόλοις, ποιεῖ ἐλαῖα λιγύστος οὐδὲν τοῦ ταῦτα κατέθεται, ἀκριβώνα γάρ πάντα γέγραπται οὐρανούστον τὰς γαλαζανές σκληρύτης, ὅπαν εἰ τεχχήλων συστάσιν. Quod est, γέγραπται στροτοδιορεῖς cum durius eminentias, quales in quibusdam arboribus gignuntur adnascentiae, quas γέγραψεν vocant, ut S. Theophrastus lib. **I.** de plantis his verbis scripsit. Quædam verò habent à quibusdam vocatos γέγραψαν, aut quod proportione respondeat, ut olea. Dicunt autem nonnulli Σ. nunc quoque in Thessalìa, se audire quibusdam vocari γέγραπτα, hujusmodi durities, cum circa collum constitierint. Idem repetit in Lexico: Γέγραψαν βεργάχοκύλις δὲ τὸ τοῦ πειραιῶν τὸ οὐρανούστον πικνομέναν φρονγύλων ιεροχήρην, ὡς εἰς Θοίφροσον Θ. εἰς τὸν αὐτὸν Φυτόν, ἀλλά λέγουν. Εἴτα δὲ ίχθες τούς καλλιμάνους τῶν πιναγέρεων η τὸ αὐτόλοις, ποιεῖ ἐλαῖα. Id est, γέγραψαν guttulas ramicem, quem bronchocalem dicunt, à rotundis in arborum truncis enatis eminentijs, velut etiam Theophrastus in primo de plantis, his verbis scribit; quedam verò à qui-

*busdam vocatos gongros habent, aut aliquid proportionem respondens. Ex his Galeni locis constat, particulam esse delendam, ac legendum ~~est~~ non ~~est~~ ~~est~~. Lege etiam ~~est~~ ~~est~~, deleto ~~est~~. Eundem hunc affectum ~~est~~ vocari ait. ~~est~~ arboris truncus. Aristophanis Scholia stes ~~est~~ significare ait, ~~est~~ ~~est~~. Pro radice usurpatam, hactenus non legi. Hoc, ut dixi, loco virtutum jam descriptum, quod ~~est~~ etiam vocari, ait Philosophus.*

ſulæ regiæ, scillæ, bulbo, sichyrinchio; atque in <sup>† quorū non</sup>  
totum bulbos: τὸ quorum non solum quod primum <sup>solum ea</sup>  
oritur, verum etiam caulis omnino sine foliis est. <sup>caulis pars,</sup>  
Quorundam enim foliis jam perfectis caulis conve- <sup>qua exiit</sup>  
nienter talis assurgit: ut lactuæ, ocyti, apij, & <sup>prima, verū</sup>  
frumentorum. Simili modo nonnulla ex his caulem <sup>etiam totus</sup>  
primo <sup>deinceps</sup> mitem, post horridulum spinulis gerunt: ut <sup>sine folijs</sup>  
lactuca. Et cuncta folia spinosa redduntur. Atque <sup>est.</sup>  
etiam magis in fruticum genere: ut rubus, paliu- <sup>leven.</sup>  
rus. Omnium autem pariter arborum atque reli-  
quorum differentia τὸ publica, quod alia multis foliis <sup>† communis</sup>  
alia paucis constant: & alia latis, alia τὸ angustis. Et <sup>† angustis,</sup>  
alia ordinatis; ut myrtus: alia inordinatis, utque <sup>alia acutis,</sup>  
forte incident: ut major pene pars cæterarum plan- <sup>alia ordinatis.</sup>  
tarum. Peculiare in oleribus, ceu cepæ, gethyo, <sup>agnata!</sup>  
foliorum concavitas. Ad summam foliorum discri- <sup>† furculo.</sup>  
men, aut magnitudine, aut multitudine, aut figura, <sup>ab ipso, sc.</sup>  
aut latitudine, aut angustia, aut cavitate, aut <sup>multæ sunt</sup>  
asperitate, aut levitate. Aut quod aculeis horrent, vel <sup>species coriæ</sup>  
non. Ad hæc "dependentia, unde, quo. Vnde, id <sup>que fine pe-</sup>  
est, ab radice, aut τὸ germe, aut caule, aut ramo. <sup>diculo,</sup>  
Quo: id est, τὸ pediculo, aut sine ipso: cujus etiam <sup>aut à pe-</sup>  
generis complura spectantur. Etiam fructifera non- <sup>diculo,</sup>  
nulla fructum foliis interceptum gerentia: ut laurus <sup>ab ipso, sc.</sup>  
Alexandrina; quæ fructum super foliis gignit. Folio- <sup>folio. Et</sup>  
rum differentias jam communius diximus. Hisque <sup>multæ sunt</sup>  
perie continentur. <sup>species coriæ que fine pe-</sup>  
rent. foliorum quædam fructifera fructum medijs folijs amplectentia, ut <sup>diculo ha-</sup>  
lurus Alexandria, quæ folia super fructus dorsum gerit.

quemadmodum folia quoque florū sylvestrium rosarum. Tum autem negligentia Theophrasti, qui cūm ita dissereret: τῆς οὐδὲ λεύκης, καὶ κατέστη αἴρειν: infert: τὸ μὴ γόρια φέρειν: inclusit etiam ederam exemplō inter ea, que nā φέρειν. Et mox excludit: ac sic diceret. αἴροιν τῆς λεύκης, τῆς κίτρης, τῆς κρότωνος. τοῦ μάρτιον τὸ μὴ γόρια φέρειν, τὸ δὲ πιλαιόπετρα γενεσίδη. οὐδὲ λεύκης, καὶ καθόπων: τῆς οὐδὲ κατέστη μεταλλιν. Tametsi ne Crotonis quidem novella sunt orbiculata.

Πάντα δὲ τὰ φύλλα θεοφίρει, καὶ τὰ ὑπνα, καὶ τὰ περγᾶ. Non est dubium, quin supinam dicat eam partem, que celum respicit. Sic etiam dicit divinus Poëta, Collesque supini. Et supinum dormire, vulgus, quid sit, intelligit. Sic igitur, ait: Τὰ ὑπνα πιλαιόπετρα, Εἰ λεύκης, τὰ τὰς φλέβας σὺ τῆς περγᾶς ἔχει. In pronis, id est, in imis, οὐα terram versus spectant, habent nervos, οὐ venas. Præterea dicit, εὐφωνίη ἔχει τὰ ὑπνα, καὶ τοῦ μάρτιον ηὔη φωνεῖ. Sunt igitur partes superiores τὰ ὑπνα. At præceptor aliter usus est, atque ita aliter, ut contrario modo. Namque τὰ ὑπνα, vocat τὰ ὑπνα, τὰ περγᾶ, τὰ γόρια. Ipse quoque Theophrastus in secundo ab hac sua sententia diversus, Aristotelis legibus propior fuit. De his in Commentarijs historiarum de animalibus. Theodorus parum prudenter, hæc cum suo iure esset interpretatus, alia alterius sententiae, paribus verbis expressit. Error Theophrasti alter est, qui levitatem ab inferioribus cum amovet parte majori, attribuit olivæ, Εderæ. Contrarium enim patet. Illud etiam quæres, ait: Majorem partem habere superiore frondium visus objecta. Dixit τὰ ψάλια. Quia quibusdam adēd sunt surrecta frondes, ut inferna melius videantur: præsertim in arboribus, quippe quibus ramis sine sublimiores. Verum autem est, quod ait: τρίφτην δὲ τὰ περγᾶς ηὔη. Partem enim superiorem ad solum converti verissimum est. Et addit, adēd converti, ut nescias utrum latus superius, an inferius ramum versus spectet: atque at, ut summum erat, videatur imum. Ambiguitatem declarat, οὐ ejus causam. Nam eventu quod summum erat, imum fit. At natura non mutat eo ex eventu summi ipsius constitutionem. Hoc est quod dicit οὐδὲ τὸ τετράντα μῆλα δοκεῖ ποιεῖ τὸ περγᾶ. Vē dicas ex supina cognosci pronam. Nihilominus tamen οὐ φέρει βαρύτην τὸ περγᾶ. Non deserit scipsem natura in ipsa supinitate, quia supina esse pars ea videatur. Præsertim cūm ex Solū vi mutatio illa fiat, situs potius quam natura. Potuit deinde quorundam opinionem, aliis supinan à prona: argumento esse venas, que in prona sint. Alimentum enim per venas. Præterea humorem in prona esse contradicit. οὐκέτος λέγοντες. Est igitur sententia cum iudicio. Ratio contradictionis. Sua, inquit, cuique natura est. Aequa alitur sibi supina: aequa prona sibi, sed non aequa si inter se comparantur: in utraque enim venas esse. Superaddit autem rationem confirmationis. Non enim constare meatuum modum, aut responsum à supina in pronam. Mibi tamen priscorum commentum magis placet: neque enim vena extant in supina, sicut in prona. Quanquam hoc maxime infirmat quod ajebat, non transmeare alimentum ab uno ad alterum: potest hoc persuaderi ex frondibus, que ubi siderantur, membranula remanet, qua supina οὐ prona inter se discriminantur. Verum an ea membrana animadvertis, si subtilius intueare communem utriusque transmittendi commoditatem. Theodorus, τίνει δὲ θεοφίρης τὰ ὑπνα; τοῦ τὰ περγᾶ. Omnia sola parte prona. Nescio quare addiderit, sola. Deinde dicit: In olea pars supina candidior. Quasi opposuerit τὸ ποδισμόν. Humor enim in herbis virilitatem afferit intensiorem. Igitur dicat arguments rationem. Cūm prona, sive inferna scribat, έπειτα. Illud quoque non bene Theodorus. Parte supina perspicua pendent. Atque non pendent omnia: quia multa sine pediculo. Præterea sunt pleraque surrecta adēd, ut ramus potius ab ipsis pendere videatur: ideo prudentius Theophrastus, εὐφωνίη τοῦ τὰ ὑπνα. Theodori phaleræ infinitus penè locis tegunt equi decorum, atque etiam non raro frangunt impetum. Sic per ejus verba: neque ima quæ subeat: non intellexisse quid vellet Theophrastus. Cūm dicit οὐδὲ βαρύς διος. Nam à prona in supinam, qui negat alimentum permeare, non potest interpretari τὸ ποδισμόν, imum, sed cavitatem, aut crassitudinem. Sic dicas. Cūm alimentum non habeat spatiæ, quibus sese à prona in supinam penetreret. διος, leges in neutro. ή τερψον διον, peculiare Theophrasto. Rejicit postrem ejuscemodi disputationem ad libros de causis, cūm dicas: οὐδὲ μὴ τερψον.

Ἄλφειον δέ. Alike differentie à figura οὐ magnitudine. Theodorus θαυματουμα, ampla interpretatus est. At amplum omnem dimensionem capit, ac signat. Greca origo, ut in originibus dictum est. Amplum, άιδωλον. Hic autem latitudo tantum indicatur. Non erunt ades amplæ, quæ plurimum occupent soli, nisi οὐ contignationes altæ sint.

Σπανόφυλλα. Theodorus, rara. Hoc quidem illud significat. Verum neque pino, neque ejusmodi generibus rara sunt folia. Quin nullus arbitror frequentiora.

Τέτοιοι καὶ τοῦτο σῆμα. Polium ait, utile adversus timores vestimentorum. πάρηστον σάνη, η τοῦ ποδισμοῦ.

Πηγάδια. Theodorus, recte, Kurulas. Exemptum hinc tam vocabulum hoc nullo modo intelligam.

Κατάτον θυματῶν δὲ οὐ μοχηκή σαρκωδίς τὸ φύλλον ἔχει. suprà, εαριόφυλλα, οἷον μυρική, κυνοφέρη. Quare frustra tam brevi reperetur intervallo. Ibi igitur μυρική legitur probè. Quippe Tamarici inter arbores. At hic, ipien potius. Est enim ejus generis folio, Erica, quam Vascones Branam vocant, alij Brugam, nostrates, Brecole.

Ωδηγοίζοντα. Theodorus, & in angulum depresso. depressionem appellavit demissionem circinationis in angulum. τὸ ωδή, significat exitum à natura orbiculari.

Καράπε περιστάλλη, καρποίδης. Quippe habet, ut penitus, afferat, οὐ lime, quam ferræ propiora, sua tamen natura, capillata.

Επολοπάδη. Theodorus, cruciformia. Decussata potius, aut palmata, melius quam Theophrastus, qui iccirco dixit, οὐτιρηταίτοντος: quia durum erat. Videbis, hic σαλιόψ, significet ne crucem, an paxillos: quorum stipes solidus humo pangitur, rami truncati extant ad figuram digitorum: etiam prisca Latini retia his sustentant. Varrosque appellabant. Haud absimilem habes modum inseptimo Commentariorū Caesaris, qui οὐ Ceruos in opere militari nominat. οὐ paulò post, stipites demissos, qui ab ramis eminebant.

120 Εἴη δὲ καὶ σύμβατον ξυχτα. Theodorus, insecta. Animalia quidem aliqua, ita vocat Aristoteles: οὐ Plinius sio verit. At in foliis neque intelligas proportionem significati, οὐ commodius facias, si evites ambiguitatem in plantis, atque in animalibus: quam ne Graci quidem curavere. Melius dicas, cum incisuris.

Ταῦτα οὐδεποτε θεοφίρης Theodorus. Quædam cum extremis, tū lateribus sinuata concidunt. Subsidunt melius, quam concidunt, οὐ mollius, οὐ ad verbum. In rubo sanguinum nullum intelligas.

Κιδρες, η κιδρία. Nota quid sit hic κιδρία. Nanque aliis cedri lacryma est. Suprà fruticem habebas κιδρίδα,

Φυλακαρδι. Ut non solum sit folium aculeatum, quod posset intelligi, sed etiam quod se interpretatur: οὐτε τὸ φύλλον ιστιράκαρδη τάσσεται. Numerat, ἀργραντης η στερνίδη, verum ἄκαρδης noster non est ejusmodi. Subdit autem sententiam. Si quis spinam vocet in his, non folium, necesse erat ea putare ἄφυλλα. Subdit autem exemplum asparagi, in quo nihil ambigatur, folij loco spinam esse. Quid mirum? Radix est sine planta, Tuber, planta sine radice, Sempervivum avulsum, οὐ Malabarum, si verum est, sive capiā foliā pro eo toto, quod planta nomine censere potest. planta sine folio, Cuscuta. Quare facilius folij loco quod quippiam habeat, à natura institui potest. Facilius enim est analogia, quam privatio. Leges autem, ενοικούσια δικαιοδοσία, non autem εἰσειδεῖ. Namque sic dicit. Si in fruticibus spinosis spinam esse dicas, non folium: sequentur, plantas aliquas carere folio penitus. Reddit igitur rationem exemplō manifesto, ut ambiguum tollat.

Καὶ οὗτοι οὐτεφυκότες. Corrigunt οὐτεφυκότες, sequuntur Theodorum, qui ita vertit, inlixa cohærent, At omnes sanguine pediculis sunt οὐτεφυκότες. In olea vero perinde atque unum corpus videtur, sic οὐ rubi, οὐ rose. Non autem οὐτεφυκότες, id est, appensum, ut viti, οὐ pruno. Theodorus, propendentia; non bene. Propendente enim etiam τὰ οὐτεφυκότες, οὐ τὰ οὐτεφυκότες. Tanto pejore audacia, eum addit: & tremula. Multa enim habent pediculum pendens, at non tremulum, ut Myrtus. Eadem negligentia sub mox, οὐτεφυκότες, illo verbo interpretatur, pendeant: immo enascantur, aut agnascantur.

Ἐκ τοῦ κλαδοῦ. Differentia non a partibus, sed ab origine. Theodorus male, ex germine. Namque βλαστησια est germe: at hoc etiam est οὐτεφυκότες, antequam crescat. κλαδος autem aliud τὸ τοπικόν, sicuti suo loco declaratum est.

Tōs dōs λαχανωδῶς τοῖς πολλοῖς εἰνῆς εἰς τὸν πίζαν. Si λαχανα  
sunt species ποιῶν: male supra definiuit ποιῶν, cuius ab radice  
statim folia prodant. Quod si recte definiuit, male subiect  
τὰ λαχανα τῷ ποιῶν. Scylla autem olos non est, nisi secundum  
certa speciei proportionem.

Kai τέ των ἐσχάτων ποιῶν ἔκφυσις, ἀλλὰ καὶ ὅλη ἡ καυλὸς  
ἀφύλλων. At ἡ πρώτη ἔκφυσις, εἶτα τὸ φύλλων. Quare Theodo-  
rus hic fatalem illam suam copiam fulcitus exercevit, aut ad  
hunc, aut etiam ad meliorem modum. Non solum ea caulis  
pars quae exit prima, verum etiam totus ipse deinceps sine  
folijs est. Hoc autem dixit, quia multorum caulis foliatus  
est: ut lactucæ, et betæ, et brassicæ, et aliorum.

E'νων δὲ οὐτανόντα φύλλα, τέσσερα. Ea est brevitas, vix  
ut intelligi queat. Putabam mancum esse codicem, sicut  
mox: ἵκειται ἡ μητέρα τῆς καυλὸς. Addi possint hec, τὰ  
doctioribus meliora, περὶ τοῦ λεῖον, τίποτε ἄκαρδον: ut  
caulis primum levius sit, deinde edat spinulas, qualem vide-  
mas in lactuca. Dixit autem: Εἰ καυλὸς, addita conjunctio-  
nis nota: propterea quodd dicturus erat: Εἰ φύλλων. Vetustior  
facta lactuca, ex dulci amara sit. Pro lacte, medullam fert  
araneosam. Caulis, qui levius fuerat, alicunde spinulas emit-  
tit, item folia. Et nota, ἀκαρδίζεται, est enim spinas in ni-  
tatio, non vera spina, flexa est verbi, sicuti φιδιτίζεται.

Kοινὸν δὲ τὸ Διόφορον. Nunc à multitudine et paucitate; hec  
differentia sequitur statim illam: τοῦτον τὸ μὲν, uti dice-  
bamus in Sparto, ex sententia Dioscoridis. Theodorus, et  
hic, et alibi sapere, κοινὸν, publica; duriusculè. Videntur autem  
deesse verba illa sic, τὰ μὲν περιγράψαντα, τὰ δὲ ἀπαρτα; et Theodo-  
rus explet ita.

A'πόλεως δὲ οἱ Διόφοροι. Epilogus valde utilis, consummatur  
enim doctrina; quemadmodum in libris de animalibus dice-  
bamus. Postquam enim οἱ τίτανοι proponunt Peripatetici, et  
quasi venantur: tum subjiciunt epilogos aliquando valde  
necessarios. Mibi magis placet ratio, atque institutum Ara-  
bum. Nam Graeci dum sic fluctuant illa investigatione,  
cum suis τοῦτο, et οἱ ιωνοί, potius videntur discere ipsū, quam  
docere alios. Arabes autem positis nominibus, atque expli-  
catis, excusisque ambiguitatibus significatorum, definiunt,  
partiuntur, exequuntur: primum per differentias, deinde  
per officia, aut fines. Tertio loco eliciunt proprias affectiones.  
Quarto addunt communes. Quinto solvunt questio-  
nes, atque hæc quidem ex Posterioribus Aristotelis resolu-  
ti. Notabis, οὐ κύματα ἡ πλατύμην, lege ἡ κριότητα, τὸ σκόνη.  
Nam hæc omnia sunt modi τῶν κύματων, non autem differen-  
tiae speciales ab eo distinctæ, sed ipse sub illo interse. Lat-  
in

tudo enim est figuræ modus: quare minus diligenter posuit,  
οὐ κύματα ἡ πλατύμην. Sed sic, κύματα οὐ κατὰ τὰ Διάγραμματα  
ἢ πλατύτητα. Rursus infeliciter Theodorus τοῦ περιφύτου,  
transtulit per verbum, dependere. Atqui, ut dicebamus,  
οὐ τοῦ in paliuro, neque in multis alijs, quæ supra memor-  
bamus, pendet ullum. Præterea quod id naturæ officium,  
quod per verbum περιφύτου declaratur, sit commune, et  
ad id, quod est habere pediculum: et ad id quod est, eo carere.  
Quis dubitavit, si pendere dicat, quin genus non conveniat  
species? Neque enim ipsi convenit, quæ pediculo carent.  
Legi δὲ οὐτανόντα aspirat. ab seipso, folio scilicet. Theo-  
dorus negativè: aut à pediculo, aut sine ipso: minus  
plene. Quippe ea, quæ sine pediculo pendent, quaras  
adhuc, quo pendeant. quod si dicat positivè, per ipsum: ac-  
quiescas.

Kai εἴδη πολλὰ εἰς τὸν αὐτὸν. Theodorus, cuius etiam gene-  
ris complura spectantur. Quasi dicat, multæ sunt plantæ,  
quarum folia sine pediculo sint. Profundior est sententia  
Theophrasti. Ita enim dicit: Quemadmodum quæ pediculo  
hærent, non uno hærent modo: ita quæ sine pediculo, non uno  
modo. Alio sane in arundine: incipiunt enim ab geniculo.  
Aliter in porro, et bulbo, sine geniculo: ita pones alia exem-  
pla. Verba verò Theophrasti perspicua sunt. Et species  
multæ earum, quæ ab seipso hærent. Hæc autem est differ-  
entia inter sententiam Theodori et Theophrasti. Theo-  
dorus sic. Multa spectantur ejus generis, ut sine pediculo  
pendent. Ita intelligit simpliciter admodum: multa hæ-  
rent sine pediculo. At Theophrastus multiplici iudicio ad  
hunc modum: Eorum, quæ sine pediculo hærent, multæ  
sunt species; et rectè. Non enim omnia eodem modo. Quin-  
etiam addam audacius. οὐδὲ εἴδη πολλὰ εἰς τὸν αὐτὸν, τὸ εἰς τὸν  
αὐτὸν, ad utraque partem adduci posse: quasi dixerit, οὐτις  
ικατεστρέψει. Multi enim modi, τὰ τοῦ μισκοῦ, οὐτις μὲν.

Mισκόν τοῦ Διόφορον τὸ καρπὸν. Theodorus, interceptum  
folijs fructum. Non expletur sententia. melius, quædam  
fructifera eo modo, ut sinu suo fructum complectantur. Len-  
ocinium addas molluscum, sic. Quorundam involucro, aut  
sinu fructus obducitur adeo, ut ipfa fructifera dici merean-  
tur. Ut ilius id animadvertis. Supra Theophrastus dicebat,  
caulem à natura institutum propter fructum, aut fructus,  
aut seminis editionem. Igitur sic moderabitur. Videntur  
enim hæc frondes fructum ferre. Quare non de caule, quaten-  
sus caulis est; sed in quantum caulis, aut primo et per se,  
aut officio foliorum, quæ ferat.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**M**Ηδας. Alij legunt recte μηδας. I. fraxini. Legit ta-  
nen Plinius lib. XVI. cap. XXIV. μηδας: sed cum  
diceres mali folia non esse oblonga, mucronata esse dixit;  
quod generalius est.

Πειρονόδη. Plinius lib. XVI. cap. habet insecta pectinum  
modo piceæ, abiens. Theophrastus cum ait τοῦχισα, Εἰ πειρονόδη,  
duo diversa una clausula complectantur: et exempla; suum  
cuique accommodanda sunt subjectis. τοῦχισα, vel τοῦτο τοῦχισα  
id est rectis lineis secta et fissa.

Σμιλακόν. Vero smilacis asperæ; non autem, ut erudi-  
tissimus Medicus Mathiolus Senensis Diosc. lib. cap. CIV.

smilacis glandiferæ (scilicet et ilicis similis) Nam smilax  
arbor τὰ φύλλα τὸν μηδανόν ἔχει, sicut autor est idem Theo-  
phrastus lib. III. cap. XVI.

Κερδειρον. Plinius legit ἀγειας lib. XVI. cap. XXII.  
pungentia, inquit, pino, piceæ, abiens, larici, cedri, aqua-  
folijs.

Τὰ πλατύφυλλα, τὰ ὁξύφυλλα, καρπάπερ. Legi potest τὰ πλα-  
τύφυλλα ὀλυσθέντα. τὰ μὲν περιγράψαντα. Nam Plinius lib.  
XVI. cap. XXIV. semperque lata, rariora, disposita, et cetera.

Ἐπιφυλόκαρπον. Lege lexicum Crispini.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**T**ὸς δὲ λεύκης.) In arborum genere populi albæ;  
hederæ, ricinique folia nova dissimilia à veteri-  
bus, ait: ac quidem populi albæ, ricinique nova or-  
biculata, vetera vero angulata. Notabit Lector,  
respectu veterum, nova, id est primum è semine  
prodeuntia, ricini folia esse orbiculata: exactè enim  
rotunda talia non sunt. Contra hederæ folia noviter  
nata, angulata sunt, adulta sive vetera, rotunda. Quod  
observare in herbarum genere etiam licet. Dissecta  
Smyrnij folia, recenternata; orbiculata adulta, quæ  
caulem amplectuntur. De perfoliata hoc loco nihil  
dicam; observarunt Botanici folia primum post bina  
priora prodeuntia, ab adultis diversissima. Vide cap.  
XXII. lib. II. de caus.

Δοργυπ.) Recte addidit δοτοι. Verbi vim, non ex-  
pressit Interpres, facit tamen ad rem. Etenim folia  
solstitio non vertuntur, sed videntur aliquo modo  
versa. Varro lib. I. de re rustica cap. XLVI. Propter

ejusmodi re's admiranda discrimina sunt naturalia, quod  
ex quibusdam folijs propter eorum versuram, quod fit anni  
tempus, dici posit; ut olea, et populus alba, et salix. Ho-  
rum enim folia cum converterunt se, solstitium dicitur  
suisse. Eleganter Plin. lib. XVIII. cap. XXVIII. Dece-  
batque hoc discrimen indubitate notis signasse naturam.  
Quamobrem eas manibus ipsis agricultarum ingessit, verti-  
que justis ipsa die folia, et esse confecti syderis signum; nec  
silvestrium arborum remotarumque, ut in saltos devios  
eundum esset, querentibus signum, quanquam, et in his,  
illa visantur. Vertit oleæ ante pedes satæ, vertit tiliaæ ad milie  
usus petendæ, vertit populi albæ etiæ vitibus nupræ. Ad huc  
primum est, inquit, ultimum vite dotata habet, et hujus ver-  
tam. Pabulo folia ejus stringis, vitæ deputas, aspice et tenes  
sydus. Alia parte caelum respicunt, quam spectaveri pri-  
die. Salice omnia alligas humillima arborum, ipse toto capite  
altior, et hujus circumagam. Quid te rusticū quereris? Non  
stat per me, quominus colum intelligas, et cœlestia scias.

*Y<sup>o</sup>ct<sup>o</sup> ) Non dubium est , ut ante nos observavit Scaliger à Hi<sup>st</sup>o<sup>r</sup>, quin r<sup>a</sup> d<sup>icit</sup> supinas dicat illas partes quæ cœlum respiciunt, r<sup>a</sup> n<sup>atur</sup>am, quæ terram. Utroque verbo, eodem sensu utitur Homer. v<sup>er</sup>an<sup>o</sup> c<sup>on</sup>tra n<sup>atur</sup>am. & n<sup>atur</sup>am d<sup>icit</sup> merius. Eodemmodo Virgil. supinū accepit.*

*Pronum sterne solo.*

**Idem, Tertio Georg.**

*Arentesque sonant ripæ, collesque supini.*

Ta *υπνα* supina esse, quæ cœlum respiciunt, ex eo liquer, quod paulo infra dicar, *τα ὑπνα πολιστερος Ε λειτερες*. Foliorum pars superior magis viret, albicat inferior. Idem paulo infra, *τα *υπνα* δι τη ράβε τωνται συφατοι*, &c. usq; *επει τη λιλοι*. Contra Arift. lib. I. Hist. animal. cap. II. Ipse etiam Theophrast. lib. II. hist. cap. VII. *τα *υπνα**, quæ terram spectant vocat. Cæterum Plinius, cum ignoraret, *τα *υπνα**, Græcis partes superiores denotare, in ep̄e satis hunc locum vertit lib. XVI. c. XXIV. Est & publica omnium foliorum in ipsis differentia. Namque pars inferior a terra herbito viret colore. Ab eadem læviora, nervos callumque & articulos in superiore habent parte, incisuras vero subter, ut manus humana. De incisuris nihil Theophrastus. Quis ignorat, partem folij supremam magis viridem: albida in finiam? Viret folij pars superior, quod insolata trahat humidum, quod debet esse in inferiore. Quis partem supremam non videt læviorem, venas nervosque in infima magis conspicuos.

*Powdizze, )* Lego cum Theodoro *powdizze*, viridiora, in Ald. & Batil. codice *powdizze pinguora*. Certè magis pinguis pars folij superior videtur. Quare Aldina lectio in totum non rejicienda.

Tūs ὅς εἰλατας οἵ λοιπότεροι καὶ οἱ τάχα λίσται. Λίσται δέ τοι τὰ τοῦ κήπου.  
Plin.lib.xvi.cap.xxiv. Olea superne candidiora, & minus lævia, item hedere. Falsum est oleam superna parte candidiorem; Folia oleæ sunt longa, ferè salignea; sed angustiora, & minora, in acutum desinentia, crassa, pinguis, brevi admodum pediculo subnixa, supernè virentia, infernè albicantia, nunquam decidentia, sapore amaro & aceriusculo. Objicit quis; diligentissimum & doctissimum Carolum Clufium Plinij defendere sententiam; sic enim scribit lib. I. cap. cap. xvii. Habet vero olea folium saligneo fere simile densius, firmius, brevi pediculo, ramulis ut plurimum inha-rens, supernè magis incanum quam infernè, amari gustus. Respondeo, transpositionem vocis negligentia ex-scribentis vel typographi factam; restituo, & lego; infernè magis incanum, quam supernè. Et sic virum in re botanica exercitatisimum scripsisse, jurare ausim. Porro Plinius ad Græci auctoris verba non satis attendit. Græcus auctor oleæ folia superiore parte, contra aliorum naturam candidiora inquit, & minus lævia, shederæ vero superne non quidem can-didiora, ut ait Plinius, sed lævia. Græcus auctor cum candidiora parte superna, ait, folia oleæ, intelligit καλλιστεφάνου, cuius meminit Arist. lib. de admirabil. auctult. εἰς δὲ την Πανδήμην εἴσιν ἵλαιοι· καλλίτης καλλιστεφάνος, πάντης τὸ φύλλον. οὗτοι λοιποὶ ἵλαιοι εἰσάντων τιφικεν. οἷον γαρ, αὐτῶν οὐτέ τοις οὐτε τοῖς λοιποῖς. Corruptus codex, quomodo enim reliquis contraria, si infernè alba, supernè viridia. Exscripsit hunc locum Suidas, ex quo hunc locum depravatū constat. Κατίηνται φάνη. οὐ κατίηνται νικάρτης εἰσιφορος, οὐλλα καλλιστεφάνων, τούτης οὖτε τα φύλλα θεμπιλιν τοῖς λοιποῖς εἰλατας. οἷον γαρ, οὐλλα στότος, οὗτοι τοῦτο δικτύον εἰσι. οὐλλα καλλιστεφάνος, πάντης λοιποῖς λοιποῖς εἰλατας τιφικεν. οἷον γαρ, αὐτῶν οὐτέ τοις οὐτε τοῖς λοιποῖς. Αφίστητε τη τούτης πτώρθυς ἀπότοις εἰς μύρτον εἰς της σφάντου συμμετέσθετον, διότι τούτης λαβάνων καρπών Ηγεμονίης εἰσήρθη διαμεταστοι. οὐφή τοις σιφανοῖς τοῦ Αἴθιατος ιδίδοτο. Non oleastro coronabantur victores, sed callistephano, hujus folia reliquis olivis sunt contraria, quippe pars superior, non inferior alba. Ille vero extenuans, dixit oleastro coronam. De hac, sic ad verbum, scripsit Aristoteles; in Pantheo olea est, quam callistephanum vocant, folia reliquis olivis contra-ria producens, quippe que superiorē, non inferiorem partem habent albā, ramos mittit quemadmodum myrtus, unde & sumpta planta Hercules in Olympiūs oleam plan-tavit, Athletis coronas suppeditanter. Legendum ergo οἶμαι τοις οὐλλα στότος, οὗτοι τοῦ χλωροῦ. vel quomodo apud Suidam, οἷον γαρ οὐλλα στότος οὗτοι τοῦ λατα. Hoc oleæ genus intelligit Theophrastus. Hederæ folia qui superne minus lævia scribunt, vel ea non viderunt, vel calumniandi gratia id scribunt.

Kai τούτα τὰ λόγια.) Plin. loco citato: Sed omnium  
folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepescit  
volentia. Postremum ineptum, & absurdum. Græcus  
auctor omnia, aut plurima saltem, parte superiore  
splendida inquit, eaque ad solem converti. Latinus  
omnia ad solem oscitare scribit.

Oιονται δι παν των τε φύλων καὶ γράμματα είναι.) Plinius loco citato: Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet, quae in alijs gentium lana est. Vide quantum Græci auctoris verba, à Latino distent. Quod Græcus de parte inferiore, id Latinus dixit de superiore. Falsissimum partem solij superiorē lanuginosam. Illud etiam inquirendum, utrum pars inferior semper madida & lanuginosa. Si strictè sumas, falsum id etiam est; sed si respectu partis superioris, ut plurimum reperies, magis lanuginosam. Sed an magis madidam non autim afferere; immo contrarium non semel observavi.

Σπαθίφυλλα.) Gaza σπαθίφυλλα, quomodo in Aldino scriptum est codice. Vulgatam probo lectionem; verbo, *enfifolia*. Vox αστὴν Græcis denotat spathulam; instrumentum quo aliquid moveretur & agitur à chirurgis. Pollux exponit αστὴν. οὐ δὲ κεραματοι εἰ τῷ φοινικῷ βάσισαι. Dioscorides abietem sic vocari scribit. αστὴν, spatha Apulejo, gladius major & latior. Nam minor, breviorque semispatha à Vitruvio nuncupatur. Σπάθαι ancipitis novaculae species, quo instrumento chirurgi venas, fistulasve aperiunt. Ägineta lib. vi, cap. vii. Οὐλη ἀλγησάσθαι οὐ σύγχετη πόνησθαιδια. ή αστὴν συεργοτέρην<sup>η</sup> αστὴν φυλλώ<sup>η</sup>, dicitur pinus, quod folia serat aciei ensis, vel nouaculae similia; vel quod ea novaculae instar pungat. Prior magis arridet sententia. Plin. lib. xvi, cap. xxiv. ubi hunc locum vertit, capillata folia pini cedrique ait: *Latissima*, inquit, *fico*, *viti*, *platano*; *angusta myrto*, *punice*, *olea*; *capillata pino*, *cedro*; *aculeata aquifoliae*, & *ilicium generi*. nam juniperospina pro folio est; *carnosa cupresso*, *tamarici*; *crassissima alno*. Capillata, inquit, *pino*, *cedro*. An itaque legit τεχνόφυλλα? qualia pino folia esse Theophrastus lib. iii. cap. xii. docet.

*Hirw.) Gaza exposuit abietem, tu verte, piceam.*  
vide cap. x. lib. 111. Cedrum etiam intellige minorem; nisi placeat cum Plinio legere *τερέψιφυλλον*. capillata sunt cedri majoris folia, neutiquam ensiformia; at, minor, quam oxycedrum vocant, folia habet piceæ non dissimilia, magis tamen pungentia, &c ad juniperi propius accendentia.

Kai τῇ διανοίᾳ δὲ η μερική )Lege cum Scaligero alijs-  
que viris Doctissimis ἴσχειν.

Εἰνα δέ τοι καλαμόφυλλα.) Plinius μετρόφυλλα καθέστηπεν το καλαμός &c. legitissime videtur; Longa, inquit, harundini, salici, palmæ etiam duplia. Theophrastus palmæ velut ex duobus compositum ait. Falsum etiam salici esse folia longa; oblonga sunt, non longa. Inter arundinacea folia, numerat Theophrastus κρίνα, pro quo Plinius inā legitissime videtur. De coice vide cap. viii. lib. ii. item cap. xi. lib. iv. hist.

Kædūm tæ tñs pñlñs.) Mali folia oblonga non sunt.  
quod cum videret Plinius, mucronata dixit. Circinata, inquit, pyro, mucronata malo, angulosa hederæ, insecta  
velut peñtinum modo piceæ, abieti. Theophrastus in re-  
ctum velut serra dissecta ait; mucronata mali folia  
ait, quod cum rotunda sint, in mucronem desinant.  
Corrigunt viri doctissimi pñlñs. Oblonga fraxino  
esse folia negari non potest; nec displicer eorum opi-  
nio qui àrri iugisato, oþ jugisato legunt.

Falsum est smilacem folia habere angulosa. Plin.  
angulosa hederæ. Scribe nō ob' sis ὅδην αὐτούς γράψεις, καθάπερ  
τὸ σμιλακόν, τὸ οὖτε αὐτοῦ γράψεις, καθάπερ τὸ τοῦ κίτρι; alia  
in acutum, ut smilacis, alia in angulum desinunt, ut  
hederæ.

Σηκλωσιδί.) Interpres cruciformia reddidit. Nullam crucis formam, ficus folia, ostendunt. Palmata sunt, ut recte Scaliger dixit, sed hoc οὐκεποτέ, non significat. Lego & seribo καρποποτεῖδι vel καρποτάδη Hippocrates lib. vi. de morb. popular. ad finem sectione vii. τοῖστ φθίνειτο, τὸ φθίνειτον. καὶ οὐκε τὸ φασ, ὅτε τὰ τὰ συκῆς φύλλα καρπός ποσὶν ἔχειν. Autemnis tabidus malus, malum & ver, quando sici folia cornicis, pedem referuntur. Plutarchus statim in initio lib. de oracul. defectu. Folium ficus pedi cornicis comparat iate-  
nū, οὐδὲ λοιπῶν δέρδος αἴραχτον τοῦδε τοῦδε λοιπόν, καὶ θρίον εὔφ-  
ρον (vulgo εὔφρον, male, semper enim verno tempore  
cornicis pedem referunt) ὅπερ καρπός ποδὸν ἔχειται γίνεται.

# HISTOR PLANT. LIB. I.

53

Medicam vero artem pestiferam astatem ex aranearum copia, & ex folijs fucus quando cornicis pedibus sunt similia, ver novum prænunciare, quis patietur. Hesiod. lib. II. E' grecus καὶ Ημίερος.

Ἄλλος δὲ οὐκ εἰσενθήσεται τῷ πόνῳ αἰρετούμενοι,  
Ημέρας δὲ τὸ τερπνόν σου τὸ πεπάντες κραδία.  
Ἐγενέται τόσον πίνακας αἰρετούμενος,  
Ἐγενέται τόσον πίνακας αἰρετούμενος.  
Sed alia verna est navigatio hominibus.  
Nempe cum primum quantum incedens cornix  
Vestigium fecit, tantum folia homini appareant  
Summa in sicu, tum sand pervium est mare.

His constat legendum κραδία. Fici folia primum prodeuntia cornicis pedi non inepte comparantur, antiqua sive majora non item. Ideo addidit ὄντος ἀντίτιτον.

Τὰ δὲ καὶ τὸ δρυγαρχίζοντα.) Vertit Gaza: Quædam cum extremo, tum lateribus sinuata confidunt. Si consulamus ipsam plantarum naturam, facile, vel falsa tradere Theoph. vel corruptum codicem, videbimus. Veram Plinius servavit lectionem lib. XVI. cap. XXIV. Aculeata aquifolio, & ilicum generi. Legit itaque ὁ Δημόκριτος, id est ambitu spinosa, vel utrimque aculeata. Hanc lectionem ipse probat Theophrastus, ad finem capitatis, αἱ φύλας οὐδὲ αἱ αἴσθησις τῶν φύλων τὸ Δρυγαρχίζοντα. Idem Theophrastus, πίνα, ilicis folia aculeata scribit lib. III. cap. XVI. οὐδὲ πεντε φύλων μὴ ἔχει ἀπαρχίζοντα. Dioscorides lib. IV. cap. cXLIII. paliuri rubique folium spinosum ait, Σμιλαῖς τρέχειται, τὰ μὲν φύλα τὰς αἴσθησιν ὅμοια, αἴσθησιδιοι παλιντρόποι καὶ βατράχοι. Vide cap. de paliuo.

Σμιλαῖς.) Doctiss. φιλικοὶ expungunt, credo, quod lib. III. cap. XVI. scribat Theoph. Oi δι τοῦ Αρναδίου οὐδὲν τὸ τρέχει ταλαῖται, οὐτε ὅμοιον τῷ πεντε, τὰ δὲ φύλα σὺν αἴσθησι ἔχει. Sed cogitandum, plura similacra esse genera: est hortensis, de qua Dioscorides lib. II. cap. CLXXVII. λαβίς, de qua lib. IV. cap. cXLIV. aspera, de qua cap. cXLV. ejusdem libri: deleteria, de qua lib. IV. cap. LXXX: denique ilicis quoddam genus similax vocatur, de qua Theophrastus loco citato. Smilacem eum scribit habere folia spinosa, intellige, asperam, de qua vide quæ lib. III. à nobis dicuntur.

Δέντρο.) Nihil magis notum, quam quercus folia spinis carere. Recte Plin. φρίστη, sive quercus folia sinuosa lib. XVI. cap. XXIV. dixit: Sinuosa toto ambitu robori: spinosa cûte, rubo, mordacia sunt quibusdam, ut urticeis. Malè ergo φρίστη, inter spinosa recensetur. Scribo φιλοδρόμο: expono ilicem foeminam. Theoph. lib. XI. cap. XVII. φιλοδρόμη, ilicem foeminam vocari auctor est. φρίστης παντολαμβάνεται ἡπειραὶ θάλατταιν.

Καὶ κεφαλαῖς.) Capite præcedenti fruticem quandam καρποῖς vocari dixit. Hoc loco κεφαλαῖς, inter arbores recenset, cum κεφαλαῖς, ut docet Diosc. lib. I. cap. CV. lachryma cedri, vel ut vult Nicandri Scholastes, cedri pix sit. De hac quæstione vide cap. I. lib. IX. lego cum doctiss. Roberto Constantino αἴροις: Plin. loco citato, Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifolijs. Πίτια Theodorus laricem vertit: Plinius piceam, laricemque; in verbis Theophrasti laricis nulla mentio. De his vide cap. X. lib. III. hist.

Φυλακταῖς οὐδὲ ὄλας &c.) Contrarium Plinius videtur asserere lib. XV. cap. XXIV. Nam & juniperi spina, pro folio est. Juniperi folium si spina est, oxycedri, quoque spina dici debet. Aequè enim ac juniperi, durum, pungensque. Si quis recte examinarit, folium potius affirmabit, quam spinam: illam enim pungentem vim, duritiemque non habent, quam in arboribus spinae. Nemo autem facile contra Theophrasti sententiam negabit: in fruticum, herbarumque genere, non reperi plantas, quibus spina pro folio. vide cap. I. & III. lib. VI. ubi de spina præditis plantis agit.

Ἄκανθαι.) Depravatus Ald. & Bas. cod. Vulgo legitur ἄκανθαι. Nulla planta, in humili genere, hoc nomine prædita. Αἴκανθος dicitur illud, quod velut malum extuberat in carduorum genere: ἄκανθος vocat Dioscorides, vel ἄκανθαι κεφαλῶν. Vide lib. VI. cap. III. IV. & V. Αἴκανθος καὶ ἄκανθαι chamæleon albus, planta est cuius descriptionem tradit lib. VI. cap. III. & lib. IX. cap. XIII. ubi ait, Χαμαίλεων κεφαλῶν ἔχει, ὅμοιος ἄκανθαι μαράλων, οἱ δὲ ἄκανθαι καλέσον. Αἴκανθος, igitur chamæleon. Malè Sacra paginae interpretes, ἄκανθαι carduum vertunt. Eodem in errore & Flavij Iosephi interpretem

reperio; qui lib. de antiquit. ή οὐδὲν οὐδὲν καταδεῖσθαι, επιμένει; carduum vertit.

Παλαιὸς δὲ ὅπερ ἀποστολαῖς.) Plin. lib. XVI. cap. XXIV. Pediculo brevi olea, & ilicis longo vitibus; tremulo populus, & eisdem solis inter se crepatia. Doctiss. Gaza επονιτιδηρος propendentia atque tremula vertit. Cum nec platani, nec vitis pediculus tremat. Nec felicins Plinius, hunc locum transstulit. Falsum est omni populo, tremulum esse pediculum, nec inter se crepat omnis populi folia. Sola Lybicæ, sic vulgo dictæ crepat, idq; quod folia, quæ è longioribus dependent pediculis, continuo serè moventur, atq; inter se collisa crepitant, etiam si nullus in aëre sentiatur spiritus. crepat igitur quia moventur; moventur quia longioribus, quam par est, pediculis pendent.

Ἀλφρόδης οὐδὲν.) Plin. loc. citato. Præterea alijs circa ramos, alijs & in cacumine ramorum, robori & in caudice ipso. οὐδὲν αἰρετούμενος surculis. Plin. incōsiderate, ut observavit Dalecampius, in cacumine, vertit. Quod de robore ex Theophrasto tradit, hactenus nondum observavi.

Τὸν λαχανάδων.) Plures τὸν λαχανάδων, sunt species, vel πόναι, nec tamen male definivit πόναι. επὶ δὲ dixit αἴρεσθαι. Hoc vero cap. τὸν λαχανάδων τὸν πολλον οὐδὲν εἰ τὸ πέριος, vertunt: Ολεριβοις ex maiore parte folia illico ex radicibus exēunt. Atqui hic de foliis non est quæstio, sed de pediculis sive caule; quem Theophr. ait statim à radice exire: nec tamen sibi contradicit. Supra enim cum dixit, αἴρεσθαι, intellexit, cum primum è semine pullulat, folia primum emittere, deinde ubi planta est adulta, caulem. Hoc vero loco cum scribit, pediculum statim à radice exire, non intelligit ante foliorum exortum prodire, sed ipsi radici, nullo alio inter medio, annexum esse. Nam asphodelus primum folia producit, dehinc caulem; idem scilla, idem reliqui bulbi faciunt: & tamen οὐδὲν caulis exit à radice, id est statim ab ipso ortu radicis, nullo alio inter medio, caulis emittitur, immo scilla caulem non producit, antequam perdidit folia; idem observare in colchico, croco, aliisque licet.

Καὶ τὸν καυλὸν.) In Bas. & Ald. locus hic corruptus legitur, καὶ τὸν καυλὸν \* οὐδὲν αἴρεσθαι. recte doctiss. Gaza legit καὶ τὸν καυλὸν λεῖον, τοῦτο οὐδὲν αἴρεσθαι. lege etiam cum eodem ex codice Basil. οὐδὲν ἔργανον καὶ τὸ φύλλων αἴρεσθαι. Ipsa experientia, non tantum caulem, sed folia lactucæ, temporis tractu spinosa evadere, docet.

Κοινὸν.) Depravatus & locus hic in Bas. & Ald. reperitur. Κοινὸν δὲ οὐδέποτε πάντας ἴμοις στενόδειν, η τὸ ἄλλων, οὐδὲν μὲν πολὺ φύλλα, τὰ δὲ ὀλιγόφυλλα, οὐδὲ οὐδὲ τὰ πᾶν τὰ πλατύφυλλα, τὰ οὖν φύλλα, καθάπερ μύρρινος, τὰ δὲ αἴρεσθαι, τὰ δὲ οὐδὲ οὐδὲ τοιχί, καθάπερ σχιδόν, τὰ πλεῖστα τὸ ἄλλων λόγων. Τὰ οὖν φύλλα, Gaza non vertit. Hunc etiam Plinius ex scripsiſse videtur locum. Iam densa, aī loco citato, ac rara, semperque lata rariora, disposita myro, concava buxo, inordinata pomis: plura eodem pediculo excurrentia malis pyrisque; quibus adiicit Cato decdua, populea, queruñaque, animalibus jubens dari non perarida, bubus quidem & ficalnea, ilignaque & bederacea: dantur ex harundine ac lauro. Quæ ex auctoritate Catonis tradit, ea capite v. apud Catonem sic leguntur, Frondem populneam, ulmeam, querneā cædito, & per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus. Hec Cato. Cum igitur Plinius hic scribat, animalibus: non ut Cato, ovibus, & Cato addat ulmeam, quod in Plin. non legitur, adducor ut putem scribendū hic; populea, quernea, ulmea ovibus. Sed vocē animalibus, retinere licet. Faciliè enim fieri potest, quod à Catone in specie tradiuit fuit, id à Plinio in genere acceptum fuisse. Recte ait disposita, id est ordinata esse myrti folia: sed plura malis pyrisque ab uno exire pediculo folia cum scribit, fallitur: nec id tradidit Theophrastus: idem non buxi, sed gethi cæpæque concava, ait.

Ἐπιφύλλωναρπαγοῦ.) Gaza vertit, quæ fructum super folijs gignit. Marcellus in notis ad Diosc. in folijs fructum ferens, interpretatur. ἐπιφύλλωναρπαγοῦ redditur ad verbum, & ex mente Theophrasti, planta quæ fructum fert folij dorso. εἰ τὸν ῥάχην τὸ φύλλων, ut loquitur Theoph. lib. III. cap. XVII. ubi de lauro agit Alexandrina. Quæ itaque ἐπιφύλλωναρπαγοῦ, sunt ea μεταξὺ ἀστελλοφύλλων dicuntur, quia fructus ex circūplectente folio, velut conceptraculo emicat, η κατὰ τὸν ἀστελλοφύλλων ἐπιφύλλων εἰναι. id est, folio in natus & inhærens: quæ quidem in rusco & lauro Alexandrina, σὺν μέσῳ, in medio, ηγειν εἰ μεταξὺ τὸ φύλλων. Vide cap. cit.

*Ex quibus constent folia, & pediculi qualitas: & distinctio fructuum.*

ΣΥγκενη δε τὰ μόρια εἰνός, καὶ Φλοιοί, οὐ σφράξεις.  
† οἷον, τῆς συκῆς, καὶ ἀμπέλου τὸ ὅστις αὐτερού εἰνός  
μόνον οἶον, τῷ καλάμῳ, οὐ σίτια. τὸ ὅστις ψήσθιον αἴτων  
κοινῶν αἴπασι γέρεις εἰνός καὶ τὰ τοις καὶ τοῖς αἴλοις  
δεεῖται. τοῖς εἰπετεῖοις. † οὓς εἰσὶ μίχθοι, αἴθοι, καρποί, καὶ  
εἴπι αἴλοι. μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μὴ εἰπετεῖοις. εἰδὼν γέρει  
δεεῖται. αἴδη τάτα. σικοεῖς καὶ τῶν τοῖς μίχθοιν, τῷ μόρῳ, εἰνός  
μόνον συγκειδηματικαθάπερ τῷ τάτατον καὶ τῷ καλάμῳ  
τῷ δὲ, σὺ τῶν αἴτων, αἴπασι καλοί. τῶν δὲ αἴθων,  
σφράξεις. τῷ μόρῳ, σὺ Φλοιοί οὐ Φλεθόδες καὶ † σφράξεις μόνον οἶον τῷ  
δὲ σὺ σφράξεις μόνον, οἵμοις δὲ καὶ πέπτων τῶν σφράξειν.  
ὁ μόρος γέρεις, σὺ σφράξεις καὶ εἰνός οἱ γέρεις, σὺ σφράξεις μόνον οἱ  
γέρεις, καὶ σὺ δέρματος συγκεντατα. τὸ ὅστις αἴτων γέρεις  
καὶ τὰ τοις. σύκουρος μόρος καὶ εἰνός, τῷ τοκκούμηλων καὶ  
σικύων. εἰδὼν γέρεις καὶ δέρματος, τῷ τῶν συκαμίνων  
καὶ τῆς ροᾶς. αἴλοι δὲ καὶ αἴλοι τοῦτον μεμεριστοί  
μόροι. πάνταν δὲ, αἱ εἴπειν, τῷ μόρῳ εἴσω φλοιοί τῷ δὲ σύκης σφράξεις. τῶν δὲ καὶ πυρών.

### IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**T**O οὐδὲ ὑγρὸν ἀπάνταν καίνον, αἴπασι γέρεις συγκεντατα, καὶ τοῦ  
τοις τοῖς αἴλοις εἰπετεῖοις μίχθοι, αἴθοι, καρποί, δὲ αἴλοι.  
Diligenter hic est codex cognoscendus. Neque enim  
verum est μίχθοι αἴπασι συνταχεῖν. Nibilo verius αἴθοι, aut  
καρποί. Quare aut verbum deest, sic: ἔχεις μίχθοι, αἴθοι.  
Et cetera; aut alio casu statuas, μίχθοι, αἴθοι. succus igitur  
communis omnibus, tam annuis, quam diuturnioribus, & magis adhuc hī, inquit: neque addit rationem. Nos ad hunc  
modum intelligimus. Manifestum est, succo ali: aluntur  
autem magis. Probatio: multum brevi tempore crescent, magis igitur necessarius. Demonstratio est à causā, materiali propter finem. Theodorus male expressit: καὶ μὴ ιδιοίσι:  
quæ minus annua sunt. Nam minus annua, videtur significare minus quam annua. Sic Latini, plus, & minus, sine  
particula illa, quam. Multa sunt, quæ annum non expletant, τὸ τετράκις, & aliae fruges. Omnino male sonat, commodius  
dicas: & quæ diuturniora.

Dixit δὲ μίχθοι. Nunc etiam pedicularorum declarat con-  
stitutionem. Verum utinam ne dixisset illud. Quis enim  
vidit, Arundinū folia hærente pediculo? sunt sane αἴλοι. le-  
gerem αἴλοι. Theodorus nibilo secuū scriptum est.

Taὶ δὲ αἴλοι, αἴπασι καλοί. τῷ τοις γέρεις significat, ἄντε.

### IOANNIS BODÆI A STAPEL

**Ω**(Σηπ.) Frumenti, arundinisque solium ex ner-  
vo solo non constat; ideoque prudenter addi-  
dit αἴλοι. Durius est, idcirco dixit, quasi ex ner-  
vo constare. Nā ex carne, cortice, & nervo reliquo-  
rum instar compositum est.

**Ω**(σι.) Recte & ex mente Theophr. codicem  
restituit Lugdunensis editio. In Bas. & Ald. legitur,  
τοῖς εἰπετεῖοις, μίχθοι, αἴθοι, καρποί τὸ αἴλοι. Recte inquam  
addidit αἱ ιδι.

**Δ**(σηπ.) Legō cum magno Scaligero δοκεῖ δὲ τὸ αἴλοι,  
idque quod folia harundinis pediculo careant.

**Σ**(φράξ.) Lege ex Basil. codice τοῖς σφράξεις. τὸ δὲ σὺ σφράξεις μόροι, οἵμοις τῷ τοις μίχθοι. Sic legit Theodorus, sic Scal-

**C**onstant autem foliorum alia ex nervo & cortice  
& carne: ut fici & vitis. Alia quasi ex nervo tan-  
tum: ut arundinis, frumenti. Humor autem com-  
munis est: omnibus enim inest; tam his, quam reliquis  
annuis: ceu pediculo, flori, fructui: quicquid aliud  
veniat. Vel potius & iis quæ t̄ minus annua sunt: nihil † diutur-  
enim est, quod caret humore. † Pedicularum alii ex  
nervo constare tantum videntur: ut arundinis, fru-  
menti: alii ex eisdem quibus caules. Florum alii ex  
cortice & yena & carne: alii ex carne tantum; ut qui  
t̄ inter lolia nascuntur. Fructus quoque simili modo:  
alii enim ē carne & nervo: alii ex carne tantum: non  
nulli etiam cute constant. Humor hos quoque omnes  
comitatur. Ex carne quidem & nervo; ceu prunorum,  
cucumber: ex humore, & cute; mori, punicæ.  
Alij secus distinguuntur. Omnium, ut sic dixerim, pars  
exterior cortex: interior caro. Quorundam etiam  
nucleus.

Taὶ δὲ αἴλοι, τῷ μόρῳ σὺ φλοιοί. Εὶ φλεθόδες, καὶ σφράξεις.  
μόροι. Sic legemus, sic legit Theodorus. Verum ridiculum  
est, ex sola carne dicere constare florem. Veram enim, nul-  
lus est flos, quin habeat. Apponit tamen exemplum, cū μίχθοι  
τὸ αἴλοι, qui in meditallio Lolij existunt, profecto δὲ quoque  
venas habent. Nam unde alerentur? Theodorus, inter  
lolia: male. Intra, non inter. Inter enim discretæ quantie  
satū nota est: & terminus dñorum, aut plurimum.  
Οἵμοις δὲ αἴλοι τῷ τοις καρποῖς. Sic lege, οἱ δὲ σὺ σφράξεις μόροι.  
Non posuit exemplum fructus, qui ex carne constaret sola.  
Nullum equidem sine cutē notum habeo in memoria. Itaque  
sibi non tam moderatur, quam contradicit, cū addit:  
Πλην δὲ τῷ μόρῳ εἴσω φλοιοί, τῷ τοις σφράξεις. Igitur in omnibus  
aliqd, praeter carnem, est. Ergo aut, non μόροι, aut non,  
μόροι. Addit autem, δὲ αἴλοι, quia τοις, non respondet.  
Cara enim est in quibusdam, μικροῦ δέρματος, οὐ φλοιοῦ, οὐ  
εὐρώντων. Εὶ πάλιν εἴτε τῷ πηπλοῦ αἴλοι σφράξεις, ut prunus. Nota &  
illud. Mora aut ex succo & cute: item punicæ: tamen est  
caro etiam praeter succum, ut prudentius dicas succulentam  
carnem. Itaque Plinius lib. v. cap. xviii. Carne, & succo  
